69-8-9-43

ANTONII MASSAE GALLESII I.C.

DE

Origine & rebus Faliſcorum

Liber.

AD LVDOVICVM MADRVCCIVM S.R.E. Cardinalem ampliſsimum.

Et alia aliorum opuſcula quorum ſit mentio in ſequenti pagina.

R. P. F. Damiani Granæ Veronenſis Sacræ Theologiæ profeſſoris Ord. Seruorum opera in lucem edita.

PERMISSV SVPERIORVM.

ROMÆ, Ex Typographia Sanctij, & Soc. M.D.LXXXVIII.

IN VIA CRVCIFIXI.

De origine & rebus Faliſcorum liber Antonij Maſ ſæ Galleſii. I.C. ad Ludouicum Madruccium S. R.E. Cardinal. ampliſſ.

Probæ Falconiæ Hortinæ cento ex Virgilio ad Vincentium Laurum S.R.E. Cardin. ampliſſ. tit. S. Mariæ in via.

Iulij Capilupi Mantuani Cento, ad B. Virginem.

Eiuſdem ad Siſtum V. Pont. Max.

Eiuſdem ad Hieronymum de Ruuere S.R.E. Card. ampliſſ.

Eiuſdem ad Scipionem Gonzagam S. R. E. Card. ampliſſ.

Eiuſdem ad D. Thomam Auali Marchionis Piſcariæ F.

Eiuſdem ad Iulium Roſcium Hortinum.

Iulij Roſcij Hortini carmē de vita S. Cōſtantij epī Peruſini ad Audœnū Ludouicū epm̄ Caſſanen.

Eiuſdem de conceptu Virginis ad Vincentium Caſalium Epiſc. Maſſanen.

Eiuſdem gratiarum actio B. Virgini Hortinæ ad Vincentium Canſachium Amerinum.

Eiuſdem libellus Carminum ad Iulium Antonium Sanctorium Sanctæ Seuerinæ S. R. E. Card. ampliſſ.

LVDOVICO MADRVCCIO

S. R. E. Cardinali ampliſsimo.

F. DAMIANVS GRANA S. P. D.

QVANTAS vires virtus habeat Cardinalis ampliſ. tum ex pluribus licet colli gere, tum ex eo quod Antonio Maſſæ contigit; qui Galleſij in Faliſcis oriundus, ea duce tantum eſt Romæ cõſecutus gloriæ ac ſplendoris, ut nulla unquã eius memoriã deletura ſit obliuio. Tamẽ cum is plurima opuſcula in lucẽ edidiſſet, quæ de iure diſſerũt, ac propterea in manibus hominũ ſunt plena utilitatis; neſcio quo caſu liber hic aureus de Faliſcorum reb. eorumdẽq. origine, non modo in publicis

bibliothecis non legebatur; ſed etiã apud eius F. viros ĩ iure exercitatos, omniq. laude dignißimos eſſe deſierat. Nam pro inſigni humanitate, vt petẽtiũ multitudini ſatisfacerẽt ea ipſa quæ inter paterna monumẽta aſſeruabãt donare coacti ſũt. Ego igitur eũ Iulij Roſcij Hortini opera, qui gratiam uicino benemerenti referre ſtuduit, expolitum rurſus imprimẽdũ ſtatui. Volui autẽ vt amplitudinis tuæ potißimũ nomine exiret cũ hic de Galleſio honorifica fiat mẽtio, quod vt olim ſub auunculi tui Chriſtophori Card. Tridentini nũcupati, ita nunc ſub nobiliſ. familiæ AB ALTAEMPS tibi ſanguine coniunctiſſimæ ditione poſitum eſt. Accipies igitur Cardinalis ampliſſime hoc exiguum munus pro tuis pluribus erga me officijs. Si per ætatem licuerit, cuius iã pene finem proſpicio, & indies expecto, non deero ex ſacrę Theologiæ fontibus alia dicare digna ſtudijs grauiſſimis amplitudinis tuæ.

Vale.

ALDVS MANVCCIVS Iulio Roſcio S.

AT vero mihi de te cogitãti allatæ ſunt literæ tuæ. quib. petis vt, ſi quid de Proba Falconia, quę circũfertur, apud me eſt, id ad te primo quoq. tẽpore mittã. velle te eius feminæ ſcripta admodũ ingenioſa, et quæ ſexus captum ſuperent, denuo ſtudioſis communicare. Probo tuã pietatẽ, qui Patriæ tuæ decus quaſi amiſſum reſtituas; &, cum eam tu ipſe ornes, addas etiã ad ornamentum, quæ, maxima cum ſint, maiora tamen, te ornante, fiunt. Probam ut eam eſſe certo exiſtimem, de qua in tribus antiquis inſcriptionibus Romanis mentio fit, facile mihi perſuadeo. Et, quamquam hæc uobis, qui res Romanas aſſidue tractatis, ſatis abunde ſuppetunt, uolui tamen, ut aliquid afferre videar, eas ad te mittere: ne, dum tu me ſatis liberalẽ putas, ego inofficioſus ſim, & deſiderari à te patiar non amorem, ſed diligentiam meam. Tu interim vale, dum ego te, & amicos, ueteresq., ac nouos, inuiſere cupio, & forſan ſpero.

Piſis Kal. Iun. cIↄ Iↄ XXCIIX.

Romæ in domo Cæſia.

ANICIAE. FALTONIAE
PROBAE. AMNIOS. PINCIOS
ANICIOSQVE. DECORAVIT
CONSVLIS. VXORI
CONSVLIS. FILIAE
CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. PROBINVS. V.C.
QVAESTOR. CANDIDATVS
FILII. DEVINCTI
MATERNIS. MERITIS
DEDICARVNT.

Romæ in æde Vallen.

ANICIAE. FALTONIAE. PROBAE.
INLVSTRISSIMAE. ET
SANCTISSIMAE. ET
CASTISSIMAE. FEMINAE
HERMOGENIANVS. OLYBRIVS
V. C. CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA. C. F
D. D.

ANI-

In domo Cæſia.

ANICIAE . FALTONIAE
PROBAE . FIDEI . NOBILITA
TIS . ANTIQVAE . ORNA
MENTO . ANICIANAE
FAMILIAE . SERVANDAE . AC
DOCENDAE.CASTITATIS
EXEMPLO . CONSVLVM
PROLI . CONSVLVM . MA
TRI . ANICIVS . HERMOGE
NIANVS . OLYBRIVS . V.C.
CONSVL . ORDINARIVS
ET . ANICIA . IVLIAN . C. F.
EIVS.DEVOTISSIMI.FILII
DEDICARVNT

IOSEPHI CASTALIONIS ad Iulium Capilupum.

CAPILVPE Laureis domeſticis tuas
Qui adiungis, utq. patrui ueſtigijs
Inſiſtis altis per Maronis ardua.
Tuamq. gentem Iulio prænomine
Auctam beas, inluſtrioremq. efficis,
Muſis amicus noſter, ecquid ROSCIVS
Molitur, an ſuos Faliſcos, & Probæ
Hortina verſibus ſuperba mœnia
In lucis oras euocare nititur,
An noſtra ſæcla in longa profert tempora
Tui ſtupens in carminis dulcedine,
An à tenebris nomen eximens ſuum
Vtrumq. præſtat, contulitq. ciuibus
Pius ſuis, noſtriq. rebus, temporis
Nec interire ſcripta perfert optima.

Τίτος πρέσβυτερος μαστρινέγγος μοναχὸς κασινάτης πρὸς ἀναγνώσας.

Ἠνὶ διορθωθεῖσαν ὁ ῥόσκιος ὕμμι παρίσχει
ἄπ πρόβαν δεκάτην πιερίδα γλαφυρὴν,
ἣ ποτε βιργίλιον μυστήρια θέσκελα χριστοῦ
ὐξεδίδαξε θροεῖν, θαύματαί θ' ἱρὰ θεοῦ.
ἐξεδίδαξέ θ' ἅπαντας ἀριστερὰ δεξιὰ ποιεῖν,
φημὶ περιτρέψαι τἄθνικ' ἐς εὐσεβίην.
οἷνδε ποτ' εὐδοκίῃ μιμήσατο, ἢ τὸν ὅμηρον
φθέγξασθε δέδασιν δόγματα χριστιανῶν.

IVLII ROSCII HORTINI
Argumentum in libr. de Origine ac rebus Faliſcorum.

INSTITVTVM *Antonij Maſſæ viri Clariſſ. in libello de origine ac rebus Faliſcorum id fuit præcipuum vt reiecta eorũ opinione, qui Faliſcos ad lacum Vulſinienſem poſuerunt, eoſdẽ Vetia amne, qui è Cyminio mõte in Tyberim influit ac Soracte, tum ipſo Tyberi, atq. agro Nepeſino concluderet. Hinc oblatam occaſionem arripiens veterem eorũ locorum hiſtoriam euoluit. Ciuitatem Caſtellanã à Veis ſeiungit, qui longe minus ab Vrbe diſtarent. Eiuſdem argumenti extat apud me liber. Ac quidem certe Ciuitatis Caſtellanæ ſane recentem memoriam habent hyſtorici, cum antiquiorem, quam legerit auctor ad Adrianum IV. Pont. referat, qui fuit circa annum ſalutis CIↃ CLIV. At Hortinam ciuitatem peruetuſtam Colonis, & Epiſcopatu extitiſſe confirmat ex Synodo III. Symmachi Pont. circa annum IↃ IV. cui ſubſcripſit Martianus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus. eiuſdem ciuitatis memoria extat apud Dionyſium Halicar. lib. x. Ro. Hiſt. ex quo decerpſit, quæ in Italiã ſuam tran-*

ſtulit

ſtulit Carolus Sigonius. Videdus eſt Damaſus in vita Zachariæ. Qui lōge poſt ſequuti sūt, vt alios prætereamus Blondus lib. 8. decadis primæ, Zacharias Lilius in mūdi deſcriptione, vbi ait Hortinam ciuitatem ſe in Tyberim mergere. Pertinebat. n. eouſq. vt ex veſtigijs apparet. Sunt qui meminerint Caſſiani Alexandrini, qui ſub Iuliano Hortinæ Vrbis epiſcopus electus eſt, et plurimi de ſacris hoſpitijs à Beliſario ex Africa redeunte in agro Hortino ędificatis ditatisq. reditibus. Verum hęc miſſa faciamus. Hæc ciuitas, & ſitu naturæ munere conceſſo & arce, quæ nomen ſolum reliquit poſteris in præru pto ſaxo terrori fuit hoſti, & præſidium magnis Ducibus. Hic Albericus Etruriæ Marchio circa annū DCCCC. & XVII. ſedem tutiſſimam ſibi elegerat. Cuius fortaſſe nomē, niſi forte; quod ſuſpicor longe antiquior ſit memoria, deletum eſt in inſcriptione, quam ad calcem operis addidi ex Hortinis monumētis; Nam is Io. X. Pōt. Max. odio Vngaros in Italiam inuexerat, cui miſerrimam cladem intulerunt. Cum vero homo eruditus diutius per poetarum, & hiſtoricorum campos fuiſſet uagatus, & Veios, Capenates, Faleriosq. attigiſſet, apud quos probata fuit M. Furij Camilli Trib. militum in pedagogi dolo integritas; Galleſium patrio amore delabitur. Cuius originem, ſitum, deſcriptionem, fertilitatem,

tem,

rem, dignitatem, & antiqui Comitatus titulos perſe cutus S. Famiani uitã, & miracula enarrat, cuius corpus integrum, adhuc viſitur in eius tẽplo in ipſo cliuo, maximo concurſu, ac veneratione eorũ populorũ. Deniq. illuſtres in literis, & armis Galleſio oriundos adiungit. Inter quos ita Antonius Maſſa dignisſimus eſt, vt adnumeretur, vt ſi nullus ſit alius, cum tamen plurimi ſuperiori ætate fuerint et noſtra vigeant, hic ſolus ſatis futurus eſſe videatur, qui non modo Galleſium, ſed vniuerſam Faliſcorum regionem ſplendore ſuo illuſtraret. Ego vero, vt deploraui noui Ducis Galleſij Roberti ab Altaemps immaturum obitum, ita deeſſe officio meo non potui vicinitate locorum, & amore quin cum de Faliſcis, & Galleſio hic vberius ageretur aliquot adiungerem epigrammata ex plurib. quæ in eius depoſitione ad S. Mariæ de Clementia nuncupatæ Tranſtyberinæ regionis, affixeram.

D. O. M.

ROBERTO EX VETVSTISSIMA FAMILIA
COMITVM AB ALTAEMPS
GALLESII DVCI
A XISTO V. PONT. MAX. PRAETORIANIS
ET VRBI LEONINAE ET PIAE INDE APVD
AVENIONEM ET COMITATVM VENAISINVM
MILITARIB. COPIIS PRAEPOSITO IN IPSO
VIRTVTIS CONATV ET HONORVM CVRSV
IMMATVRE EXTINCTO
CORNELIA VRSINA VIRGINII F. CONIVGI
CLARISSIMO MOESTISSIMA POSVIT
VIXIT ANN. XX. MEN. VI. D. XIV
OBIIT III NO: NOVEM MDLXXXVI.

IVLII ROSCII HORTINI

in eundem Tumuli.

GALLESI qui rura colunt, campoſque Faliſcos,
Proximaq. Hortinis pinguia rura iugis.
Has tibi dant lacrymas, ſæui hæc monumēta doloris
ROBERTE, & nigras in ferijs violas.
Principe te rexit noſtros Aſtræa penates,
Et pax, & nituit Relligionis honos.
Nunc quando præſente frui mors denegat atra,
Pectore te memori paſcua noſtra colent.

Has

Has violas, hæc ſerta tibi cariſſime coniux,
Has lacrymas ſpargo, ſed mage ad inferias.
Heu cur non oculos coniunctim clauſimus ambo
Non vno licuit marmore poſſe tegi?
Sic miſera optatis cedunt contraria uotis:
Te rapuit mors, me ferrea uincla tenent.
Me tamen hoc ſolor. communis nos teget vrna,
Mutuaq. æthereus vincula nectet amor.

Siſte precor quicumq. Ducis monumenta ſepulti,
Romulea & cernis, qui fuit Vrbis honos.
Hic veteres rexit Tyberis prope rura Faliſcos,
Sceptraq. Galleſij primus in Vrbe tulit.
Romæ illum cœca contectum lumina nocte
Anguſto condit tegmine dura ſilex.
Da lacrymas, ſiue hoſpes ades, ſeu ciuis in Vrbe
Hac uiuis, ni tu durior es ſilice.

Transtyberim tumulata iacent delata Faliſcis
ROBERTI inuicti marmore membra Ducis
Quiſquis ades lymphaſq. ſacras, lacrymáſq. tepẽtes
Sparge, & odoratis floribus oſſa tege.
Ille celer claras Superum properauit ad arces.
Scilicet humanas æthere ridet opes.

DE ORIGINE ET REBVS FALISCORVM.

PROOEMIVM.

MAGNA profecto, atque adeo dulcis quædam res eſt amor in patriam, vt non immerito mult cum noſtra, tum maiorum noſtrorum memoria clariſsimi viri pro patriæ ſalute, ſeque, fortunaſque ſuas deuouere, ac mortem ipſam libenter, nedum conſtanter oppetere non dubitarint. Quippe qui probe intelligerent, Naturam rerum omnium (vt ita dicam) parentem, non temere, ſed conſulto naſcenti cuique certum vnum circumſcripſiſſe locum, in quo nimirum verſari, quem cum voluptate intueri, ac præ cæteris omnibus in oculis ferre, cui denique ſe, ſuaque omnia ardenti ſtudio conſecrare, vt pulcherrimum, ita etiam optimum iudicarent. Nam quid obſecro te per Deum immortalem, ſi modo non iniqui rerum æſtimatores eſſe uolumus, quid (inquam) nobis ex omnibus rebus humanis, aut charius, aut dulcius, uel iucundius eſſe poteſt, aut debet, quàm ea altrix nataliſque ſedes unde ſuauiſsimam hanc lucem qua fruimur, vnde vitam ac ſpiritum quem ducimus, unde tot bona, tot commoda quibus utimur, ſermonem ſcilicet ac diſciplinam, inſtituta vitæ, leges, cæremonias, cultuſque Deorum immortalium accepimus? Quamquam enim chari liberi, propinqui, familiares, omnes tamen omnium charitates patria vna ita complexa eſt, ut Vlyſſem illum Homericum, & merito, & iure ſuam illam patriam Ithacam (affixam licet

quen-

quendam quaſi nidulum aſperrimis ſaxulis) tanti feciſſe memoriæ proditum ſit , ut eam delatæ immortalitati anteponere minime recuſauerit , dummodo illius ſaltem ſumum contueri ſibi tandem liceret . Quæ quum ita ſint , quumque auctore Cicerone nihil porro tam inhumanum , tam immane , tam ferum , quàm committere vt beneficio non dicam indignus , ſed victus eſſe uideare . Et quidem arbitror ullam neque aptiorem , neque maiorem gratiam pro tot tantiſque muneribus patriæ referri ab iis qui illius gloriæ , qui dignitati , qui laudi enixiſſime ſtudent , qui primæ illius originis , & antiquitatis , & loci , & ſitus , & rerum geſtarum memoriam , non ſolum ab obliuione hominum , atque a ſilentio propeque ab interitu uindicare , ſed etiam fidelibus literarum monimentis æternitati conſecrare , quam poſſunt diligentiſſime contendunt . Quamobrem quum ego quoque (vt Vlyſſis illius utar uerbis , quem apud Alcinoum Phæacum Regem ita fere loquentem Homerus inducit) Cernere nil aliud patria iucundius vnquàm . Ipſe queam, quumque nulla alia in re æque ſuauius , aut iucundius conquieſcam , quam in amore , grataque recordatione patriæ , gentiſque meæ , cui plurimis maximiſque beneficiorum vinculis obſtrictum me eſſe ſentio : nihil omnino ſit , quod vehementer malim , quam illi me & gratum eſſe , & uideri , rem profecto , ut non inutilem , ita nec iniucundam ciuibus meis præſtaturum me arbitratus ſum , ſi a primordio gentis noſtræ ortus, qui primi Faliſcorum auctores extiterint , quibus pa[illegible] quæ primum loca , quaſve regiones obtinuerint , quibus cum bella geſſerint , quibus legibus atque inſtitutis obtemperauerint, quos denique Deos , Deaſque quibus cæremonijs , quibuſve ritibus coluerint , cæteraque id genus omnia quæcunque , uel apud probatiſſimos locorum , geſtarumque rerum ſcriptores didicerim , uel in peruetuſtis monumentis legerim , uel quæ ipſe inuenerim , hactenus , quod ſciam , aut non ſatis cognita , aut certe parum a noſtris animaduerſa, hiſce commentariolis ad memoriam poſteritatis commendarem , ut hac re ſaltem , & ſi non parem eius merito , at pro meo tamen ſtudio debitam gratiam benemerenti patriæ perſoluiſſe uideri queam , iis præſertim temporibus , quibus ea quæ de Faliſcorum noſtrorum origine ac ſitu

ab antiquis ſcriptoribus accurate prodita ſunt, aut propter iudiciorum quorundam infirmitatem, aut certe propter ipſam rerum uetuſtatem adeo obſcura, tamque multis ac uariis difficultatibus obſtructa ſunt, ut pleraque non modo dubia, & incerta, ſed etiam falſa atque inania paſſim circumferantur. Quibus ut hiſce tandem commentariolis, vt poſſem occurrerem, dulcis me Patriæ pietas impulit, cuius dignitas, & gloria, ita mihi dies noctesſque ante oculos obſeruatur, ut uerisſime a Vate illo tamquam ab oraculo dictum exiſtimem. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui. Sed iam tempus eſt, ut his omisſis ad id quod inſtituimus adiuuante Deo tandem aliquando accedamus.

A ETRVRIAM partiti ſunt
Cato, & Silius, in maritimã,
tranſcyminiam, & ciſcymi-
niam, ita vt ciſcyminia pars
quicquid eſt inter Vrbem Ro-
mam, regionem maritimam,
Cyminia iuga, & Tyberim complecteretur.
Quo in ſpatio erant Sutrium & Nepete vrbes
adhuc extantes cum agris ſuis: Capenates,
B Faliſci, & Veientes populi. Hos quinque po-
pulos cis Cyminium montem fuiſſe nemo (vt
puto) niſi regionis ignarus negauerit, præſer-
tim qui ea, quæ mox dicemus, legerit. Verũ-
tamen quia nonnulli ſunt qui de Faliſcorum
ſitu longe aliter ſentiant, exiſtimantes ſcilicet
eum locum, qui nunc ad lacum Vulſinienſem
appellatur vulgo Mons Flaſconus fuiſſe Fali-
ſcorum montem, & eam planitiem, quæ inter
C Viterbium & Montem Flaſconum iacet, Fa-
liſcos eſſe campos, Idcirco nõ alienum fortaſſe
fuerit ab inſtituto noſtro, ſi, quàm hi lõgiſſime
abſint a vero, ex duobus potiſſimum Liuij locis
demonſtrauero, ne in eum errorem alij quoque
deinceps falſa hac nominũ decepti ſimilitudi-
ne labãtur: ſcribit enim his verbis lib. 5. De-
cadis primæ, Nec veijs melius geſta res eſt, &

D auctum eſt bellum aduẽtu Capenatiũ, & Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, deuictis Veijs bello quoque Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci priuata etiam cauſa infeſti: quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerũt. Idẽ præterea lib. 9. Decadis eiuſdem, Quum Faliſcorum, & Capenatium agros a Romano exercitu ſæpenumero igni, ferroq; vaſtatos, ipſoſq; demum in Ro-
E manorum poteſtatem veniſſe retuliſſet, ac ſubinde bellum, quod cum Etruſcis, qui Sutrium obſederant, duce Q. Fabio Conſule geſſerunt, deſcripſiſſet, fugatis tandem Etruſcis, ità ſcriptũ reliquit. Tum de perſequẽdo hoſte agitari cœptum, ſilua erat Cyminia magis tum inuia, atq; horrenda quàm nuper fuere Germanici ſaltus, nulli ad eam diem, ne mercatorũ quidem adita, eam intrare haud fere quiſquam
F præter ipſum ducẽ audebat, alijs omnibus cladis Caudinæ nondum memoria exciderat. & tandem ſubdit: præmiſſis ſpeculatoribus, & cognita locorum natura, iuga Cyminij montis occupat, inde contẽplatus opulenta Etruriæ arua milites emittit, & paulo poſt ſubdit: eò forte V. legati cum duobus Tribunis plebis venerãt denũciatum Fabio Senatus verbis, ne ſaltum Cymi-

A *Cyminium tranſiret, lætati ſerius ſe quam vt impedire bellum poſſent veniſſe, nuncij victoriæ Romam reuertuntur. Quibus ex verbis, quis non videt, quis nõ intelligit, quam facile iſtorum inſcitia coargui, conuinciq́ poſſit? primũ enim, qui fieri poteſt? vt mons ille, qui Catoni eſt Fiſcon, nos vero corrupte Flaſconum appellamus, longeq́ abeſt ab Vrbe, Faliſcorũ fuerit? quum Faliſcos ipſos (teſte Liuio) proximos*
B *regione Veientibus fuiſſe conſtet? Deinde ſi cãpi illi, qui trans Cyminium iugũ Fiſconi mõti, Viterbioq́ ſubiacent, Faliſci campi cenſendi ſunt, vt iſti contẽdunt, mirum quid eidem Liuio in mentem venerit, vt iam toties deuictis Faliſcis, atque in Romanum tandem imperiũ, ditionemq́ redactis, aperte tamen diceret, teſtareturq́, Romanum exercitum non niſi poſt fugatos a Q. Fabio Conſule Etruſcos, Cymi-*
C *nij montis ſiluam primum pertrãſiſſe, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem aditam, ne dicam quod ſuperato tum demum Cyminij iugo quum & Vulſinienſium & Peruſinorum, & Cortonenſium. & Aretinorum, qui trans Cyminium ſunt, Etruriæ populorum meminerit, de Faliſcis ne verbum quidem vllum fecerit. Ac nequis dubitet aliquem in his Liuij verbis*

D errorem eſſe: eidem Fabio IIII. Conſ. (vt idē
Liu.lib.10.teſtatur) quòd aperuiſſet Cyminiã
ſyluam, viamq́; per deuios ſaltus Ro. bello fe-
ciſſet, non minore totius Po. conſenſu, quàm
Senatus prouincia Etruria extra ſortem de-
creta eſt. Eodē lib.10.cum duo Romani exer-
citus in Etruria eſsēt: alij duo exercitus haud
procul vrbe Etruria fuerunt oppoſiti; vnus in
Faliſco, alter in Vaticano agro. quibus ex
E verbis fieri non poteſt, vt quiſquam huius re-
gionis gnarus, agrum Faliſcum trans Cymi-
nium montem eſſe intelligat. Quid? quod iſtos
latuit ex probatis auctoribus eſſe clarum, vt
ex ijs, quæ à nobis dicentur, apparebit, vnum
eundemq́; fuiſſe dictum Faliſcorum montem,
& Soracte ex Vrbe Roma cõſpicuum. His ac-
cedit Strabonis auctoritas, quo teſte, aliqui
Falerios in Tuſci regione minime locandos eſſe
F aiunt, ſed Faliſcos per ſe gentem, cui etiã Gra-
tius Poeta adſtipulatur, qui in lib. de venatio-
ne Faliſcos a Tuſcis diſiungit: cui rei verba
Liuij proxime poſita videntur conuenire. Ne-
mo autem dubitauit vnquam, an mons Fla-
ſconus, & illi vicinus lacus Vulſinienſium, &
demum quicquid eſt vltra mõtem Cyminium
in Tuſcia regione comprehendatur. Sed reuer-
tamur

A *tamur ad id, vnde digreſſi ſumus. Capenates a Capena vrbe primaria dicti, Cyminium ipſum Romam verſus, & reliquos adiacentes monticulos incolebant, quæ vulgo nunc dicitur Montaneola, in qua extat etiã oppidum Capenæ nomen ſeruans, licet corrupto vocabulo appelletur vulgo Canapina. Veientes item, a Veijs principe ipſorum ciuitate ſic dicti, poſſidebant quidquid agri eſt a Cremera fluuio Vrbi*
B *in pratis, quæ nunc ita vocantur, vicino, vſq; ad Soractis Faliſcorũ montis confinia, vbi nũc eſt oppidum Arinianum inter Tyberim, & maritimam regionem, atque agrum Nepeſinum. Faliſci vero tenebant quidquid reliqui eſt ab Ariniano, & Soracte, ad amnem Vetiam, qui e Cyminio mõte in Tyberim labitur inter Tyberim ipſum, & Nepeſinũ Capenatemq; agrũ. Nepete ciuitas, vt auctor eſt Liuius libro 7.*
C *prius ſocia Romanorum, cum fuiſſet per deditionem ab Etruſcis occupata, per Camillum, & Valerium recuperata eſt, ſecuri percuſſis deditionis auctoribus, innoxiæ multitudini reddita res, oppidumq; cum præſidio relictũ, donec tertio deinde anno Triumuiri Nepete Colonię deducendæ creati ſunt, qui eam deduxerunt. Sutrium Romanorum ſocietatem ab initio cõtra-*

D *ctam ſere ſemper obſeruauit, & quanquam
Etruſci cum Romanis bellũ geſturi ſemper Su-
trium, & Nepete occupare contenderint, ac ſæ-
pius occupauerint, ſemper tamen Sutrini ſunt
a Romanis defenſi, & vindicati. Namq; (in-
quit Liuius lib. 6.) cum ea loca oppoſita Etru-
riæ, & velut clauſtra inde portæq; eſſent, &
illis occupandi ea, cum quid noui molirentur,
& Romanis recuperandi tuendiq́; cura erat.*
E *Bello punico ſecundo inter xij. illas colonias,
quæ Q. Fabio Q. Fuluio Coſſ. abnuerunt mi-
lites dare, Sutrium & Nepete connumerantur
a Liuio, qui lib. 29. ſcribit, primùm quo pacto
contumaces illæ coloniæ coactæ fuerint duplica-
tum militum numerum dare; & demum cen-
ſus ab eis primum receptus ſit: vt quantũ nu-
mero militum, quantum pecunia valerent,
in publicis tabulis monumenta extarent. Quo-*
F *modo autem Veientes, & Capenates in Roma-
norum venerint poteſtatem, ex ijs quæ non ita
multo poſt de Faliſcorum rebus geſtis exponã;
manifeſtiſſime apparebit. De Ciſcyminia hac
regione Silius 8. libro enarrans, qui duce Gal-
ba Romanis aduerſus Annibalẽ auxilio ſue-
rint, inquit. Hos iuxta Nepeſina cohors, equiq́;
Faliſci; Quiq; tuos Flauina focos, Sabatia*

quiq;

A *quiq; ſtagna tenent, Cyminiq; lacum, qui Su-*
tria tecta, Haud procul & ſacrum Phœbo So-
racte frequentant. Virgilius autem, qui cõtra
Aeneam duce Meſapo iuerant in bellum, refe-
rens ait. Hi Feſceninas acies, equoſq; Fali-
ſcos; Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; ar-
ua, & Cymini cum monte lacum, lucoſq; Ca-
penos. Vterq; tamen Veientes ſubticuit, pro-
pterea quod (vt ego quidem exiſtimo) deleta
B *iamdudũ ciuitate tum viciniore tum infenſiſ-*
ſima, illius nomen Romanis odioſum eſſet. Hęc
de vniuerſa Etruria, ſimul & Ciſcyminia di-
cta ſint. Ceterũ quia nobis de Faliſcis eſt ſermo
inſtitutus, omiſſis alijs, dicemus ea, quæ de
vniuerſis etiam Faliſcis occurrunt. Qu[illegible]a-
te pateret hæc Faliſcorum regio pro[illegible]-
re mihi difficile eſt, præſertim cum vi[illegible]m eos
interdum longius eſſe progreſſos, atque etiam
C *Alſium in littore Tuſci maris. vbi nũc eſt arx*
ſanctæ Seueræ dicata, ab Haleſo Faliſcorum
auctore cõditum eſſe. Illud igitur facilius erit
oſtendere, intra quos terminos neceſſario con-
tinerentur Faliſci, quo tempore cum Romanis
bella geſſerunt. Quum enim orientem verſus
eſſet fluuius Tyberis, & trans fluuium Sabini,
& Amerini: ad meridiem vero, et vrbem Ro-

D *mam eſſent Veientes, quorum ciuitas decimotertio diſtabat lapide ab vrbe Roma, eratq́ ex ea parte etiam mons Soracte Faliſcorum, neceſſe eſt fines inter Faliſcos, & Veientes extitiſſe inter Soractem, & vrbẽ Veientum, quaſi dixeris circa oppidum Arinianum diſtans ab vrbe xx. lapide. Ab occidente Sole erat Nepete ciuitas adhuc extans, & Capenates populi, de quibus eſt dictum. A Septentrione erat*
E *mons ipſe Cyminius cũ ſylua illa vſq; ad Fabium conſulem inuia, & horrenda, ac demum Vadimonis lacus, quibus diſterminari Faliſcos a Vulſinienſibus populis, & agro Ferentino veriſimile eſt, tum ex qualitate ſyluæ, tum ex ipſo [illegible] ad quem veluti ad communem quẽ- [illegible] initiari ſolita erat militia Tuſca. Poterat igitur poſſideri a Faliſcis hæc regio ſecundum Tyberim e conſpectu ſuperiorum Sa-*
F *binorum, & agri Amerini, ab Ariniano ad Vadimonis lacum, lõgitudinis millium paſſuũ plus minus viginti trium, latitudinis ferme ſeptem, vbi minimum quatuor, quo in ſpatio nũc ſunt Caſtrum ſancti Sylueſtri in iugo Soractis, Stabia, Ciuitas Caſtellana, Fabrica, Corchianum, Burgum ſancti Leonardi, Galleſium, Baſſanellum, Orta, Baſſanum, Mu-*

nianum

A *nianum, Polymartium. Sed illud mirandum*
eſt, quod Eutropius in fine libri ſecundi, &
Oroſius in quarto libro, ex tam breui & angu-
ſta regiuncula, dicunt vno prælio quindecim
milia Faliſcorum Quinto Luctatio A. Manlio
Coss. fuiſſe cæſa, ceteris pace conceſſa. Qui
autem hominum ante Faliſcos eam regionem
tenuerint, explicatu difficile eſt, propter eam,
quæ inter antiquitatum ſcriptores eſt diſcrepã-
B *tia. certior mihi tamen videtur Dionyſii ſen-*
tentia, qui de Pelaſgis in Italia profugis lo-
quens ait, Multas vrbes alias quidem ante a
Siculis habitatas, alias autem ipſi conſtruẽtes
vna cum Aboriginibus Pelaſgi incoluerunt:
quarum vrbium eſt Caretanorum vrbs, quæ
tunc Agylla vocabatur, & Piſa, & Satur.
Alſiumq; & aliæ quædam, quæ poſt longum
tempus deletæ ſunt a Tyrrhenis. Faleria autẽ
C *& Feſcennium & ætate mea habitatæ erant a*
Romanis, paruas adhuc quaſdam ſeruãtes re-
liquias Pelaſgi generis, quæ vrbes prius fuerãt
Siculorum, hactenus Dionyſius. Faliſcos no-
men fuiſſe totius gentis, Falerios autem ciui-
tatis dumtaxat eorum principis, haud ocbſura
intelligi poteſt non ſolũ ex M. Catone, & T. Li-
uio; cuius verba inferius loco ſuo referemus.

verum

D verum etiam ex Plutarcho, qui in Camillo in hunc ſere modum ſcribit, Camillus ſumptis copijs aduerſus Faliſcos impetum fecit, & Falerios vrbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes, Caſtris circuit, ſic certe obſidionem Falerijs deſpicientibus. &c. & non multo poſt, Subito Falerij poſtquam proditionẽ magiſtri ludi ſenſerunt, &c. & deinde, Redactis in ditionem Romanorum Falerijs, factaq́;

E pace cũ omnibus Faliſcis, Camillus vaſa colligere iuſſit, atq; diſceſſit. Regio tota, excepto Soracte, & quibuſdã iuxta Tyberim collibus, fere plana eſt: niſi quòd crebris, confragoſis, & inter ſaxoſas rupes profundis aquarum perennium alueis interrumpitur, omnium fere ſegetum, arborum, fructuum, & armentorum feraciſſima. Princeps vniuerſæ regionis ciuitas erat Faleria, ſeu Falerij, quam ab Argiuo

F Falerio conditam eſſe teſtatur Solinus, & quã exemplo Iuſtitiæ Camillum Romanorum poteſtati ſubdidiſſe, nemo eſt qui neſciat. eadẽ ſucceſſu tẽporis corrupto vocabulo Falaris cœpta eſt dici, quod & Macrobius vſurpauit, & alij nonnulli, & ſeruant eius ruinæ, quæ ſtantibus adhuc mœnibus videntur, & Falaris appellãtur: quemadmodũ ea, quæ iuxta eſt planities, dicitur.

A *dicitur vulgo Falarenſis. In perantiquis etiã diuorum monumentis, vulgo dicunt Martyrologium, id ſcriptum reperi, Pridie idus Auguſti, in vrbe Falari, ſanctorum Gratiliani, & Fœliciſſimæ virginis, quorum primum ora lapidibus pro Chriſto ſunt contuſa, deinde gladio percuſſi, optatam martyrij coronam ſuſceperũt. Fuit autem ea ciuitas Epiſcopali quoq; dignitate ornata, ac multis poſt Chriſtũ natum ſæ-*
B *culis habitata, quod patet ex ſynodo habita Romæ Gregorio III. Pontifice circiter annum Dñi DCCXXX: & altera Nicolao primo Pont. circiter annum Dñi DCCCXVI. quibus inter alios Epiſcopos, illi videlicet Tyburtius, huic Ioannes Falaritani Epiſcopi ſubſcripſerunt. Erat ea ciuitas, antequam a Romanis ſubigeretur, vna ex principibus Etruriæ ciuitatibus, e quibus magiſtratus annui numero*
C *pari ad regendum vniuerſam prouinciam mittebantur, dicti Lartes, & Lucumones, quod ex vno Liuio poſſet affirmari, cum is ſæpenumero ſcribat, Faliſcos ad Fanum Volturnæ in communi Etruriæ Concilio interfuiſſe, niſi ex alijs pleriſq; locis eſſet manifeſtũ, vt interim Blondi quoq; Foroliuienſis teſtimonium omittam. Quando autem exciſa, & euerſa fuerit, pro*

certo

D *certo non comperi, ſed cōiectura veriſimile eſt, id accidiſſe per Albericum Etruriæ Marchionē, qui Ioannis decimi eius nominis Papæ odio ductus circa annum domini nongēteſimum & decimum ſeptimum, Orta munita, eò ſe recepit, & Vngaros præmijs ſolicitatos in Italiam vocauit, qui prouinciã ingreſſi, plus prope calamitatis Italiæ intulere, quàm olim Saraceni, neque ipſis quidem Etruſcis pepercere, quos*

E *oportebat ex fœdere Alberici eſſe intactos, imo vero magis in hos, quàm in ceteros Italos eſt ſæuitum, incenſis & euerſis omnibus fere oppidis, quæ ipſi occupauerant, præter Ortam ab Alberico munitam, nec poſt id tempus vllam de Falari habitata mentionem inueni. Ex ipſa autem Faleria, ſiue ex alio huius regionis loco natus eſt Gratius poeta; quod ipſe teſtatur in eo verſu: At cōtra noſtris imbellia lina Fa-*

F *liſcis. Quantus autem hic Poeta fuerit, ex P. Ouidij ſententia iudicari poteſt, qui in illuſtriū ſui temporis Poetarū enumeratione, hunc Virgilio mox ſubiungēdum duxit illis verſibus, qui ſunt in vltima elegia librorum de ponto. Tityrus antiquas, & erat qui paſceret herbas. Aptaq́; venanti Gratius arma daret. de quo etiã, tum primum in lucem reſtituto, & ad ſe dela-*

to,

A to, Pontanus hæc dicit, *Viſus eſt mihi vates il-
le lepidus, numeroſus, & terſus*. Inter illuſtria
Faliſcorum loca mons erat Soracte, quod te-
ſtatur Porphyrius in oden. *Vides vt alta ſtet
niue candidum Soracte*, & Cato dicens: *Sora-
cte Faliſcorum mons*, & Plinius lib. 7. *Haud
procul ab vrbe Roma in Faliſcorum agro fa-
miliæ ſunt paucæ, quæ vocantur Hirpiæ, quæ
ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soracte*
B *Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambu-
lantes, non aduruntur*. & ob id, perpetuo Se-
natus conſulto militiæ, omniumq́ aliorum mu-
nerum vacationem habent. Hinc & Virgilia-
nus Aruns ait: *Summe Deũ cuſtos ſancti So-
ractis Apollo, Quem primi colimus, cui pineus
ardor aceruo paſcitur, & medium freti pietate
per ignem, Cultores multa premimus veſtigia
pruna*. & Silius lib. 5. *Tum Soracte ſatũ præ-
C ſtanti corpore, & armis Aequanum noſcens,
patrio cui ritus in aruo, Cum pius arcitenens
accenſis gaudet aceruis, Exta ter innocuos late
portare per ignes, Sic in Apollinea ſemper ve-
ſtigia pruna inuiolata teras*. & quæ ſequun-
tur. & lib. 7. *Phœbei Soractis honos Carme-
lus agebat*. & 8. *Haud procul & ſacrũ Phœ-
bo Soracte frequentant*. Quamquam Strabo
non

D *non Apollini, ſed Deæ Feroniæ, Varroq́ʒ non pietati, ſed medicamento id tribuit, quo illi plantas tinguerent. eamdem rem enarrans Solinus ait, Vulgatum per omniũ ora, quod paucæ familiæ ſunt in agro Faliſcorum, quos Hirpios vocant, hi ſacrificium annuũ ad Soractis montem Apollini faciunt, id operantes geſticulationibus religioſis exultãt, ardentibus lignorum ſtruibus in honorem diuinæ rei flãmis par*

E *centibus, &c. Soractis autem eum eſſe mõtem, qui ex Vrbe via Flaminia venientibus dextrorſum conſpicitur, & appellatur ſancti Silueſtri mons, eo quod ibi ſanctus ille vir aliquãdiu principis iram veritus latitauerit, ex ipſius diui Silueſtri vita literis prodita eſt. etiam vulgo notiſſimum, & comprobatur ex ode 9. lib. 1. Flacci Horatij, qui quaſi montem digito indicaret, ad amicum Thaliarchum, ſiue in agro*

F *ſuo Sabino, ſiue in vrbe Roma ſe contineret, ita ſcribit: Vides vt alta ſtet niue candidum Soracte: & ex Seruio, qui clare dicit, Soracte mons eſt Hirpiorum in Flaminia collocatus, & addit quamobrem illi vocarentur Hirpij, quoniam (inquit) eis in hoc monte, qui Manibus conſecratus eſt, Diti patri aliquando ſacrificantibus, cum lupi ſubito venientes exta rapuiſſent,*

A *puiſſent, illos diu inſequentes, delati ſunt ad quandam ſpeluncam halitum ex ſe peſtiferũ emittentem, adeo vt iuxta ſtantes necaret; exinde eſt orta peſtilentia quia fuerant lupos ſequuti, de qua re reſponſum eſt poſſe ſedari, ſi lupos imitarentur, ideſt rapto viuerent, quod poſtquam factum eſt, dicti ſunt ipſi Hirpi Sorani quaſi lupi Ditis, nam lupi Sabinorũ lingua vocantur Hirpi, & Ditis pater Soranus,*

B *cui perſoluebatur ſacrificiũ cum lupi exta rapuerunt. Sub Soracte monte Straboni eſt vrbs Feronia, cuius (quod ego quidem nouerim) nulla extant veſtigia. Liuius vero lib. 27. in agro Capenate ad lucum Feroniæ ſigna ſanguine ſudaſſe, idq́; prodigium decreto Pontificũ procuratum eſſe ait indicta in vnum diem ad eũdem lucum ſupplicatione. & lib. 42. ait, ædem Feroniæ in Capenate de cælo tactam eſſe. His*

C *propinquũ ponitur Straboni & Solino Feſcennium, Plinio Feſcennia, quam male propterea Seruius Campaniæ vrbem eſſe dixit cõtra etiã ipſius Virgilij ſententiã, qui Feſcenninas acies cum Faliſcis numerat. Eam autem ciuitatẽ autumant nonnulli fuiſſe, quæ nunc eſt ciuitas Caſtellana, nullo tamen auctore certo. Illud autem eſt certiſſimum, ibi non fuiſſe Veientũ*

ciui-

D ciuitatem, quod a nonnullis eſt imprudenter aſſeueratum: Nam vt omittam (quod etiam ex ijs quæ dicta ſunt facile perſpici poteſt) Ciuitatem Caſtellanam longo ſpatio intra Faliſcorum fines poſitam eſſe, qui a Veientibus disiuncti, maximeq́; diuerſi fuerant; certe Dionyſius hiſtoricus lib. 2. auctor eſt Veientum vrbem a Roma non pluſquam centũ ſtadijs abeſſe; quin C. Pli. de Tybri amne loquens lib. 3.
E ait, mox citra tredecim millia paſſuum vrbis Veientem agrum a Cruſtumino, dein Fidenatem, Latiumq́; a Vaticano dirimẽs. A quibus nec Liuius diſſentit, apud quem lib. 5. Appius Claudius de Veijs loquens, ait eam vrbem intra viceſimum ab vrbe lapidẽ eſſe: Eutropius quoque lib. 1. Fidenates ſexto, Veientes xviij. ab vrbe milliario diſtare ſemel, atque iterum affirmat. Quæ cum ita ſint, nequaquam fieri
F poteſt vt ibi extiterit Veientum vrbs, vbi nunc eſt Ciuitas Caſtellana quod iſti velle vidẽtur: quum (vti dictum eſt) illa tantummodo tredecim millia paſſuum, & omnino intra viceſimũ lapidem ab vrbe Roma abfuerit, hãc vero vltra xxv. millia, & non minus ducentis ſtadijs diſtare omnibus notum, ac perſpicuum ſit. Ceterum quo in loco ciuitas Veientum ſita olim

fuerit,

A *fuerit, quid nos aſſequi coniectura valeamus? cum dicat Propertius: Et Veij veteres, & vos tũ regna fuiſtis, Et veſtro poſita eſt aurea ſella foro. Nunc intra muros paſtoris buccina lenti cantat, & in veſtris oſſibus arua metũt. & L. Florus, Nũt Veientes fuiſſe quis meminit? quę reliquię? quod veſtigium? laborat annaliũ fides, vt Veios fuiſſe credamus. Huius autẽ noui nominis Ciuitatis Caſtellanæ antiquiorem*

B *memoriam non inueni ea, quæ eſt, apud Platinam in vita Quarti Adriani Põtificis circa annum Domini MCLV. Quamobrem veriſimile eſt euerſa Falari, ex illius reliquijs conſtructam, & habitatã eſſe Ciuitatem Caſtellanam, locum natura munitiorem, & illi admodum propinquum. Ab ipſa autem vrbe Feſcennio dicti ſunt Feſcennini verſus, qui cuiuſmodi eſſent, cum parum intellexiſſe videatur*

C *Pompeius Feſtus in nuptijs dumtaxat eos cani ſolitos arbitratus, melius intelligetur ex illis Horatij verſibus: Agricolæ priſci fortes, paruoq; beati, Condita poſt frumenta leuantes tẽpore feſto corpus, & ipſum animũ ſpe finis dura ferentem, Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida Tellurem porco, Syluanum lacte piabant, Floribus, & vino Genium memorem*

D *breuis aui. Feſcennina per hunc inuenta licentia morem, Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit, Libertaſq; recurrẽtes accepta per annos, Luſit amabiliter. Neq; abſimile eſt quod lib. 7. primæ decadis ſcribit Liuius, Non ſicut ante Feſcennino verſu ſimilem, incompoſitum temere, ac rudem alternis iaciebant. Tenendũ itaque pro certo eſt, Feſcenninos verſus fuiſſe, per quos inducta Ruſticorũ perſona tũ in ſe, tũ*
E *in alios iocoſa conuicia alternis canerẽt non ſolum in nuptijs, (vt Feſtus ait. & ſatis ex Seneca tragico colligi poteſt, apud quẽ in Medea in nuptijs Glauces reginæ chorus canit, Feſta dicax fundat conuicia Feſcenninus, & ex illo Catulli in Epithalamio. Nec diu taceat procax Feſcennina locutio, itemq; Auſonij, Verũ quoniam Feſcenninos amat celebritas nuptialis, atque etiam ex Plinio, qui lib. 15. ait, Nu-*
F *ces iuglandes quãquam & ipſæ nuptialiũ Feſcenninorum comites, multo pineis minores) ſed etiam in conuiuijs, atq; alijs iocoſis hominũ cõuentibus, quod ex Horatij, Liuijq; teſtimonijs, & Aniani poetæ carminibus, quæ infra adſcribentur, liquido patet. Eiuſmodi autẽ iocis adhunc vſque diem noſtrates Ruſtici, præſertim vero meſſores, ac vinitores vtuntur. Illis autẽ*

A *temporibus adeo grati erãt Feſcennini verſus; ut ne Octauius quidem Auguſtus ab illis ſcribendis abſtinuerit. Vnde apud Macrobiũ ſecundo Saturnalium libro legitur, Temporibus Triumuiralibus Pollionem, quum Feſcenninos in eum Aug. ſcripſiſſet, dixiſſe. At ego taceo, non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. Omnium autem elegantiſſime Feſcenninos ſcripſit Anianus poeta, de quo Auſo-*
B *nius in Centone nuptiali, Nã quid Aniani Feſcenninos, quid antiquiſſimi poetæ Liuij Erotopægnion libros loquar? Is autem Anianus fuit ex noſtratibus Faliſcis, Probi grammatici diſcipulus, Auli Gellij amicus, per ea tempora quibus Adrianus ad imperium Romanum eſt adſcitus. Ideoq; nil mirum eſt eum adeo ſcribendis Feſcenninis ideſt patrijs verſibus præſtitiſſe. qualis autem is fuerit, qualeſq; eius ver-*
C *ſus ex ipſius Auli Gellij, & Terentiani Mauri verbis intelligetur. Ille enim libro 7. ait, Anianus poeta præter ingenij amœnitatẽ literarum quoq; veterum, & rationum in literis oppido quam peritus fuit, & ſermocinabatur, mira quadã et ſcita ſuauitate. Itemq; lib. 20. Anianus poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare ſolitus erat vindemiã*

D hilarè, atq; amœniter, ad eos dies me, & quoſdam item alios familiares vocauit. Terentianus vero etiam ipſos Vindemiales (vt ita dicã) verſus exempli cauſa ſuis interpoſuit. Cetera pars ſupereſt, mea tibia dicere verſus, Hac iũcta frequentius edent Anapaſtica dulcia metra. Cuicumq; libebit vt iſtos triplices dare ſic Anapaſtos, Atque ille poeta Faliſcus, Cum ludicra carmina pangit. Vua vuaſum, & vua
E Falerna, Et ter feror, & quater anno. Libro quoque dixit eodem, vnde vnde colonus? Eoi flumine venit Oronte. Erant & Phaliſca metra ab eo ſic fortaſſe dicta, quòd illis potiſſimũ Feſcennina ſcriberentur: mihi tamen id aliter non liquet. Phaliſcum metrũ, inquit Seruius conſtat tribus dactylis, & pyrrichichio, cui cõſentire videtur Terentianus, qui de A. Sereno poeta loquens ait. Talia docta Phaliſca legi-
F mus, Quando flagella iugas, ita iuga, vitis & vlnus vti ſimul eant. Nam niſi ſint paribus fruticibus, Vmbra necat teneras amineas. Tale eſt primum Boethij carmen lib. 3. Qui ſerere ingenuum volet agrum, Liberat arua prius fruticibus. Falce rubos, filicemq; reſecat: Vt noua fruge grauis ceres eat, &c. Acron Horatij commentator in 6. oden. lib. 1. quæ incipit.

A *Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen. Aut Epheſum, bimarisve Corinthi, &c. de vltimo pede paulo aliter videtur ſentire, dicit enim ſecundũ verſum illum Aut Epheſum &c. Tetrametrum eſſe, qui & Phaliſcus appellatur, & ex quatuor pedibus, vltimis conſtat heroici verſus. Exemplum vero a Seruio ſubiectũ ab eius ratione diſcrepat. habet enim hoc: Docta Phaliſca Serene paraſti. quapro-*
B *pter, quin corruptus ſit Seruij locus in vltimo huius verſus pede non eſt dubitandum. Deinde eſt apud Geographos Ortanum oppidum, quę nunc eſt Orta ciuitas, qua, & illius arce munita Etruria Marchio Albericus (vt diximus) Vngares in Italiam vocauit. Eam ciuitatem multis iam ſaculis Epiſcopali dignitate ornatã fuiſſe cõſtat ex tertia Synodo Symmachi Papæ circa annum Domini quingẽteſimum quartũ,*
C *cui iuxta Maximum Bleranũ, Felicem Nepeſinum, Romanum Nomentanum, & Aſellũ Populonienſem ſubſcripſit Martianus Ortenſis Epiſcopus, & ex Synodo Nicolai primi cui ſubſcriptus eſt Arſenius Ortanus Epiſcopus. De hac ciuitate putant nonnulli locutum eſſe Virgilium lib. 7. in illo verſu, Ortinæ claſſes, populiq; Latini. Polymartium & ipſa olim Epi-*

D ſcopali dignitate ornata ciuitas, quod patet, ex Synodo tertij Gregorij, cui ſubſcripſit Maiorinus Epiſcopus Eccleſiæ Polymartij, ea, teſte Blondo, patria fuit Sabiniani Papæ, qui diuo Gregorio ſucceſſit. Corchianum ex ipſo nomine licet conijcere antiquiſſimum eſſe vicum ab Horchia, quam nonnulli aſſerũt Etruriæ Deã fuiſſe eãdem, quæ Latinis Pomona dicebatur, à qua etiam denominatum eſt alterũ oppidũ

E ſub Cyminio Vicus Horchianus quod nomen adhuc ſeruans vulgo dicitur Vicorchianũ. Vadimonis lacus, ad quem auctore Liu. lib. 9. initiata eſt Tuſca militia, peruulgato quodam auctorum errore ignoratum eſt ad hanc vſque ætatem vbi eſſet, aſſerente Blondo eum eſſe, qui ad mõtem Roſulum videtur. Volaterrano vero eum qui in Viterbienſi agro Romam venientibus dextrorſum relinquitur. At qui ego vno

F tantum Cæcilij teſtimonio, atque auctoritate vtrumq; falli, atque hallucinari, luce clarius oſtẽdam. Scribit enim Cæcilius 8. lib. ad Gallum, Exegerat proſocer meus, vt Amerina prędia ſua inſpicerem, hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubiacẽs lacus, nomine Vadimonis. Lacus eſt in ſimilitudinem iacẽtis Rotæ circũſcriptus, & vndiq; æqualis, nullus ſinus, obli-

quitas

A *quitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & exciſa, color cœruleo albidior, & preſſior ſulfure. odor, ſaporq́; medicatus, vis qua fracta ſolidantur, ſpatium modicum, quod tamen ſentiat ventos, & fluctibus intumeſcat, nulla in hoc nauis, ſacer enim eſt, ſed innatant inſulæ herbidæ omnes arundine & iunco tectæ, & reliqua. Itaque ſi is lacus vel in agro montis Roſuli, vel in cam-*
B *pis Viterbienſibus fuiſſet, vt iſti volunt, profecto non ſolum Amerina prædia perambulanti ſubiacens lacus non oſtendi, ſed nec ex altioribus Ameriæ montibus videri potuiſſet vllo modo. Ne autem legẽtium animos in re tam clara diutius teneam, dubio procul is Vadimonis lacus eſt, qui in Baſſani oppidi agro non longe a Tyberi, ipſoq́; Tyberi intermedio, collibus Amerinis ſubiectus, cetera quoque ad vnguem*
C *Cæcilianæ deſcriptioni conuenit, excepto quod inſulæ illæ, quas etiam Plinius ſecundus lib. 2. mobiles eſſe aſſeruit, interuallo tanti temporis cohæſerunt, quamobrem rotunditate manente, lacus eſt vndiq; iunco & arundine circumſeptus, quod etiam in agro Reatino ad Cutilias aquas videmus eueniſſe, vbi Plinius fuiſſe ait ſimiles inſulas, quæ nunc non exiſtunt. Ceterũ*

D *lacus hic de quo loquor, adhuc quaſi ſacer, horrorem quendam indigenis incutit, nec piſces producit, ſed tantum ſerpentes. Meminit etiã de ipſo lacu & inſulis in eo mobilibus Seneca lib.3. naturalium quæſt. qui eas natantes inſulas putat ex pumicibus conſtare. Ex ijs, quæ diximus, cognoſci facile poteſt, quàm hactenus longe aberrauerint à vero, non modo qui dixerunt eum eſſe montem Faliſcorum, qui prope*

E *Vulſinienſium lacum ſitus, vulgo dicitur mons Flaſconus, & eos campos eſſe Faliſcos, qui iacent inter Viterbium & Montem Flaſconum, verũ etiam qui opinati ſunt & Veiẽtum olim vrbem, Ciuitatem Caſtellanam, & Vadimonis lacum, Viterbienſem Nauiſum, aut Roſuli montis lacum, & qui Faleriam, eam quæ eſt Ptolomæo Ferentia, Plinio & Straboni Ferẽtiũ, Othonis olim Imperatoris patria non mul-*

F *tis anteactis ſæculis a Viterbienſibus diruta; eius inter Viſorchianum & montem Flaſconũ extant ruinæ, quæ vulgo appellantur Ferentũ. Siquidem hæc ponere nihil erat aliud, quàm totam Faliſcorum regionem vltra Cyminium montem tranſportare, cum eam Ciſcyminiã, & Veientibus Nepeſinisq; confinem, ac Romæ vicinam fuiſſe conſtet; ſimul apparet verũ eſſe*

quod

A *quod ait Myrſilius Leſbius, De gentis antiquitate, origine, & locis minus remotis & exteris, quamuis alioquin eruditiſſimis, quàm ipſi gēti credendum eſſe. Regebantur autem Faliſci populari gubernatione, quemadmodū & reliqui Etruriæ populi, quibus adeo regiū nomen odioſum fuiſſe Liuius refert, vt cum Veientes tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarū cauſa erat, veteri magiſtratu ſublato, Regem*

B *ſibi creauiſſent, ſimulq́ Rom. obſidione premerentur, his omnino decreuerint auxiliū negari oportere donec ſub Rege eſſent. Originem habuiſſe Faliſcos ab Argiuis, & illorū duce Haleſo, teſtis eſt Plinius, & Ouidius, qui in Elegia de feſto Iunonis ait, Argiua eſt pompa facies, Agamemnone cæſo, Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes. Iamq́ pererratis profugus terraq́, mariq́ Mœnia felici condidit alta*

C *manu, Ille ſuos docuit Iunonia feſta Faliſcos. & Faſtorum lib. 4. Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus: A quo ſe dictam terra Faliſca putat. Huc addantur & Dionyſii verba ſuperius poſita. Trogus autem Pompeius lib. 20. de Italiæ vrbibus, quæ à Græcis originem habuerunt, locutus dixit Chalcidenſium eſſe Faliſcos, Nolanos, Atellanos. Colebant Faliſci ex*

Deis,

D *Deis, quemadmodum & reliqui Tuſci, Vadimonem, cui Deo ſacer erat lacus (de quo diximus) Vadimonis appellatus. Erat autẽ lingua Tuſca Vadimon Deus qui Romanis Vertumnus, & Ianus appellabatur. vt atteſtatur Beroſus lib. 5. ad quod alluſit Ouidius lib. Faſtorũ primo loquente Iano, Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi, & ius vertendi cardinis omne meum eſt. & Propert. lib. 4. loquente Vertũ-*
E *no, Thuſcus ego, thuſcis orior, & reliqua. & apertius Dionyſius lib. 5. Vicus Thuſcus à Romanis appellatur, per quem eſt trãſitus ad circum maximum, vbi fuit templum Vertumni, ideſt Iani Etruſcorum principis. Cuius Iani quadricipitis ſimulacrum cum quatuor frontibus in vrbem ex ipſa Faleria delatum ſuiſſe teſtatur Macrobius primo Saturnalium libro, & Seruius loco ſupradicto, qui addit eo ſimu-*
F *lacro delato quatuor illi portarũ tẽplum fuiſſe dicatum, & ponit cauſas quamobrem alij bifrontem Ianum haberent, alij quadrifrontem. Fuit autem is Vadimon, ac Ianus Tuſcorum Rex, qui Saturnum hoſpitio, & in regni partẽ recepit, habuitq; Regiam in colle, qui ex vrbe primus in Etruriam iter præbens, propterea Ianiculus dictus, Diui Petri æde notiſſimus eſt, & de*

A & de quo ait Ouidius, Arx mea collis erat, quã cultrix nomine noſtri Nũcupat hæc ætas, Ianiculumq́; vocat. Huic Deo farre tantum, & vino ſacrificabant, ſignificãtes parſimoniã, & rudem victum ætatis, qua ille regnauit. Quamobrem ait Iuuenalis ſatyra 11. Ponebant igitur Tuſco farrata catino. Omnia tũc quibus inuideas, ſi liuidulus ſis, Qua etiã vſq; ad nos continuata ſuperſtitione fit, vt noſtrates B pro ſacris cibis habeant placẽtas farratas. Colebant inſuper accepto ritu à conditoribus Argiuis, Iunonem, quòd atteſtatur Ouid. faſtorum lib. 6. loquente Iunone, Adde ſenem Tatium, Iunonicolaſq́; Faliſcos, Quos ego Romanis ſuccubuiſſe tuli. & Dionyſius vbi ait, Templum Iunonis in Faleria eodem modo conſtructum quo in agro, ibi etiam expiationum ritus ſimilis, & ſacra fœminæ templum curan- C tes, & quæ caniſtrifera dicitur puella innupta ſacra incipiens de victimis, & virginum chori laudantium Deam patrijs cantibus. Id ſacrificij genus, & pompã deſcribit Ouidius in Elegia cuius ſupra memini, Colebant cum his & Apollinem, & Ditem in Soracte mõte, & Deã Feroniam, cuius ædis, & luci ex Liuio mentio ſupra facta eſt. necnon & Horchiam, & Palladem,

D *ladem, ob cuius effigiem Romã inde aduectã, ait Ouid. 3. faſt. An quia perdomitis ad nos captiua Faliſcis venit? in apologetico autẽ Tertullianus ait, Faliſcorum in honore eſt pater Curis, vnde accepit cognomen Iuno. Moribus, & legibus erant adeo bene inſtituti Faliſci, vt propterea fuerint à Virgilio, & Silio aqui nuncupati. quandoquidem (vt inquit Seruius) Romanus populus ab eis iura fœcialia collegit, &*
E *nonnulla ſupplementa duodecim tabularum. Quin & ſuos priuatim habebant anni menſes, ideoq́ de Martio loquens ait Ouidius, Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliſcis. In pleriſq́ autem antiquis Argiuorum moribus vtebantur, à quibus ipſi originem ducebant, quod patet ex Dionyſio, qui inquit, Falcria, & Feſcennium & ætate mea habitata erant à Romanis, paruas adhuc quaſdam ſeruãtes reliquias Pe-*
F *laſgi generis, & ſubdit, In hiſq́ reſtiterunt diu multa priſcorũ monumenta: quibus olim græca natio vſa, ſicut armorum bellicorum ornatus, clypei Argolici, haſtæ, & inferius, Quum autem bellum inferrent ipſi, aut inuadentibus ſe hoſtibus obuiaturi pro finibus exercitũ mitterent, ſacri quidam viri ante, alios inermes ibant, Fœciales, ſacrorũq́ apparatus, & Deo-*

rum:

A *rũ ſimulacra, ſanctimoniaq́; & ſacra, & alia multa ſimilia. Lino & Cannabi, ſicut nunc, ſemper abundauerunt; hinc Silius ait, induti ſua lina Faliſci. nec ſine cauſa dixit Poeta induti ſua lina, cum ea ſint molliora indumentis magis, quàm operoſis rebus apta. quod teſtatur Gratius vocans ea imbellia lina. Apud ipſos Faliſcos quoque inuentum farciminis genus, de quo Papinius lib.4.ſyluarum, Non la-*

B *canicæ, non graues Faliſci, ac Martialis: Et Lucanica ventre cum Faliſco. quod genus hodie quoque in vſu eſt. Agri inter cetera propriũ eſſe oues & boues albos producere teſtatur Plinius lib. 2. in Faliſco herba depaſta, & Clitumni amnis aqua pota candidos boues facit., & Ouidius in eadem elegia, Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ, Quas aluit campis herba Faliſca ſuis. & primo faſtorum, Colla*

C *rudes operum præbent ferienda iuuenci, Quos aluit campis herba Faliſca ſuis. & de Ponto lib.3. Agnaq́; tam lactens, quàm gramine paſta Faliſco, Victima Tarpeios inficit icta focos. Cum Romanis Faliſci, quantum ex Liuio colligitur, hoc pacto ſe geſſerunt. Fidenæ Veientium Colonia, olim trans Tyberim miſſa iuxta Anienem ex aduerſa parte agri Romani in*

collibus

D collibus nō longe à Tyberi ſita Romanorũ iam facta Colonia, ad Veientes defecerat, deinde quatuor legatos Populi Romani cauſam noui conſilij quærentes, iuſſu Lartis Tolumnij Veientum magiſtratus, Fidenates interſecerant, eo Mamercus Aemilius à Romanis dictator cũ exercitu miſſus eſt, Fidenatibus & Veientibus legiones Faliſcorũ auxilio venerunt, atq; ita trium populorũ exercitus aduerſus Roma-
E nos inſtructus eſt. Sed initio prælio fuſi, fugatiq; ſunt omnes, occiſo etiam Larte Tolumnio: eius interfector A. Cor. Coſſus, qui poſtea opima ſpolia in æde Iouis Feretrij cũ ſolemni dedicatione dono fixit, Tyberim cum equitatu tranſuectus, ex agro Veientano ingentem abegit prædam ad vrbem. Sequenti anno Romanorum exercitus in agrum Veientem, ac Faliſcum ducti ſunt, præda abactà hominum, peco-
F rumque, Vrbes tamen non oppugnatæ, quia peſtilẽtia Romanum populum inuaſerat. In ſequẽti vero anno captis a Seruilio Dictatore Fidenis, trepidatum eſt in Etruria non Veientibus ſolum, qui etiam tum rebellantibus Fidenatibus affuerãt, ſed & Faliſcis memoria initi primo cum ijs belli. Quamobrem miſſis circa XII. Etruriæ populos legatis, licet impetraſſẽt,

vt

A *vt ad Vuolturnæ Fanũ indiceret omni Etruriæ concilium, in eo tamen concilio negata ſũt Veientibus auxilia, iuſſique ſuo conſilio bellum initum ſuis viribus exequi, nec aduerſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. Præteritis deinde annis circiter XXVII. quia tempus induciarum interim poſt aliquot rebelliones cũ Veiẽtibus initarum exierat, Romani per legatos, fœcia-*
B *lesq; res petere cœperunt, & lege tãdem de indicendo Veientibus bello perlata, exercitum magna ex parte voluntarium Tribuni militũ Conſulari poteſtate Veios duxere, Sub cuius initium obſidionis, cum Etruſcorum Conciliũ ad Fanum Volturnæ frequenter habitũ eſſet, parum conſtitit, bello ne publico gentis vniuerſæ tuendi Veientes eſſent. Tertio autem belli anno cum Romani, Veijq; tãta in armis eſſent*
C *ira; odioq;, vt victis finem adeſſe appareret, ac Romani auxiſſent numerum Tribunorum ad octo quot nunquam fuerant. Veientes contra tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarũ cauſa erat, Regem ſibi (quod ſupradictũ eſt) creauiſſent. offendit ea res populorũ Etruriæ animos; tum odio regni, tum ipſius Regis, qui priuata cauſa grauis vniuerſæ genti fuerat*
opibus

D *opibus ſuperbiaq́ꝫ, Itaque decreuerunt auxiliū Veientibus negandum, donec ſub Rege eſſent. Anno deinde ab Vrbe condita (ni fallor) CCCLII. Tribunis militum ſex conſulari poteſtate Veios obſidentibus, haud bene Romana res geſta, & auctum eſt bellum aduentu repentino Capenatium, & Faliſcorum, qui duo populi (quemadmodum initio fere diximus) quia proximi regione erant, deuictis Veijs bello quo-*
E *que Romano ſe proximos fore credentes; Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant: per legatos vltro citroq́ꝫ miſſos iureiurando inter ſe obligati, cum exercitibus, nec opinato ad Veios acceſſere, a quibus diu in medio caſi Romani, poſtremo deſertis munitionibus per pauci in maiora caſtra, pars maxima tum ignominioſa clade accepta Romam pertenderunt. Inſequenti ve-*
F *ro anno ſub alijs Tribunis militum bellum Romani geſſerunt multiplex. eodem tempore & ad Veios, & ad Capenates, & ad Falerios, & ad alia loca. & Veijs caſtra, quæ amiſſa erãt, recuperata caſtellis, præſidijſq́ꝫ firmantur per M. Aemilium & Q. Fabium Tribunos, M. Furium in Faliſcis, & Cn. Cornelio in Capenate agro hoſtes nulli extra mœnia inuenti.*

præda

A prædæ actæ, incendijſq́ʒ villarum, ac frugum vaſtati fines, oppida nec oppugnata, nec obſeſſa ſunt. Secundo deinde anno iterum ad Veios eodem quo antea modo circa munimēta Romanorum, cum repente Capenates, Faliſciq́ʒ ſubſidio veniſſent, aduerſus treis exercitus ancipiti prælio pugnatum eſt. Sed victores Romani illos omnes repulerunt ingenti eorū edita cæde. Proximo autem anno ad Veios nihil admodū

B memorabile actum eſt, tota vis in populationibus fuit, duo ſummi Rom. Imper. Potitus a Falerijs, Camillus à Capena prædas ingentes egere, nulla incolumi relicta re, cui ferro, aut igni noceri poſſet. Inſequēti anno Romani deſperata ope humana expugnādæ Veientū ciuitatis, fata et Deos ſpectabāt, miſſis Delphos legatis de aqua lacus Albani, quæ ſine ullis cæleſtibus aquis, cauſaue qua alia, quæ rem mira-

C culo eximeret, in altitudinē inſolitā creuerat, quod fatale erat Veijs prodigium. Cōcilia autem Etruriæ, iterum habita, poſtulantibuſq́ʒ Capenatibus, ac Faliſcis, vt Veios communi animo conſilioq́ʒ omnes Etruriæ populi ex obſidione eriperent, reſponſum eſt, antea ſe id Veientibus negaſſe, quia vnde conſilium nō petiſſent ſuper tanta re, auxilium petere non debe-

D *rent, nunc iam pro ſe fortunam ſuam illis ne-
gare, ſanguini tamen, nominiq́ʒ, & præſen-
tibus periculis conſanguineorum id dari, vt ſi
qui iuuentutis ſuæ voluntarij ad id bellū eant,
non impediant, uſq́ʒ magnus fuit, qui aduenit
iuuenum numerus. Romani Titinius, Genu-
tiuſq́ʒ Tribuni militum profecti aduerſus Fa-
liſcos Capenateſq́ʒ, dum bellum maiore animo
gerunt, quàm conſilio, præcipitauere ſe in inſi-*
E *dias. Genutius morte honeſta temeritatē luēs
ante ſigna inter primores cecidit. Titinius in
editum tumulum ex multa trepidatione mili-
tibus collectis aciē reſtituit, nec ſe tamen æquo
loco hoſti commiſit: tantum inde terroris & in
caſtris ad Veios, & in vrbe fuit, vt inde M.
Furius Camillus Dictator excidēdis Veijs, &
ſeruandæ patriæ dictus fuerit. Is profectus cū
exercitu in agro primum Nepeſino cum Fali-*
F *ſcis & Capenatibus ſigna confert, nec prælio
tantum fudit hoſtes, ſed caſtris quoque exuit,
ingentiq́ʒ præda eſt potitus. inde ad Veios du-
cto exercitu opulentiſſimam vrbem X. anno,
poſtquam cœpta eſt obſideri, vi cepit, ab Vrbe
condita CCCLVIII. anno. Captis Veijs in ſe-
quenti anno Tribunis militum duobus Corne-
lijs Coſſo, & Scipioni Faliſcum bellum, Vale-*

rio,

A rio, ac Seruilio Capenas ſorte euenit, ab ijs non vrbes vi, aut operibus tentata, ſed ager eſt vaſtatus, prædaq́ʒ rerum agreſtium acta, nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictũ, ea clades Capenatem populum ſubegit; pax petentibus data. In Faliſcos bellum reſtabat. id cum M. Furio Camillo Tribuno militum eſſet mandatum, eo accedens Camillus, cum primo mœnibus ſe Faliſci tenerent, tutiſſimum id rati,
B *populatione agrorum, atque incendijs villarum coegit eos egredi Vrbe; Sed timor longius progredi prohibuit, mille fere paſſuum ab oppido caſtra locant; nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe, quàm difficultate aditus, aſperis cõfragoſisq́ʒ circa, & partim arctus, partim arduis vijs. Ceterum Camillus captiuum indicẽ ex agris ſecutus ducẽ, caſtris multa nocte motis; prima luce aliquantò ſuperioribus ſe oſten-*
C *dit. trifariã Romani muniebant. Alius exercitus prælio intentus ſtabat. Ibi impedire opus hoſtes conatos fundit, fugatq́ʒ, tantumq́ʒ inde pauoris Faliſcis iniectum eſt, vt effuſa fuga caſtra ſua, quæ propiora erant, prælati vrbem peterent, multi cæſi, vulneratiq́ʒ priuſquam pauentes portis inciderẽt, caſtra capta, præda ad quæſtores redacta cum magna militum ira.*

D Sed ſeueritate imperij victi, eandem virtutem
& oderant, & mirabantur. Obſidio inde vr-
bis, & munitiones, & interdum per occaſionem
impetus oppidanorum in Romanas ſtationes
præliaq́; parua fieri, & teri tempus neutro in-
clinata ſpe, cum frumentum, copiæq́; aliæ ex
ante conuecto, largius obſeſſis, quàm obſiden-
tibus ſuppeteret. Videbaturq́; æque diuturnus
futurus labor, ac Veijs fuiſſet, ni fortuna Im-
E peratori Romano, ſimul & cognitæ rebus belli-
cis virtutis ſpecimen maturam victoriam de-
diſſet. Mos erat Faliſcis eodem magiſtro libe-
rorum & comite vti: ſimulq́; plures pueri, quod
hodie quoque (inquit Liuius) in Græcia manet,
vnius curæ demandabantur. Principum libe-
ros, ſicut fere fit, qui ſcientia videbatur præcel-
lere, erudiebat, is cum in pace inſtituiſſet pue-
ros ante vrbem luſus exercendiq́; cauſa produ-
F cere, nihil eo more per belli tempus intermiſſo,
dum modo breuioribus, modo longioribus ſpa-
tijs trahẽdo eos a porta luſu, ſermonibuſq́; va-
rijs longius ſolito, vbi res dedit, progreſſus, in
ſtationes eos hoſtium, caſtraq́; inde Romana in
prætorium ad Camillum perduxit, ibi ſceleſto
facinori, ſceleſtiorem ſermonẽ addit. Falcrios
ſe in manus Romanis tradidiſſe, quando eos

pueros,

A pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatẽ dediderit. Quæ vbi Camillus audiuit, non ad ſimilem (inquit) tui, nec populũ, nec Imperatorem ſceleſtus ipſe cũ ſceleſto munere veniſti. nobis cum Faliſcis, quæ pacto fit humano ſocietas nõ eſt, quam ingenerauit natura vtriſque, eſt, eritq́; ſunt & belli ſicut pacis iura, iuſteq́; ea nõ minus quàm fortiter didicimus gerere, arma habemus non aduerſus
B eam ætatem, cui etiã captis vrbibus parcitur, ſed aduerſus armatos, & ipſos, qui nec læſi, nec laceſſiti a nobis caſtra Romana ad Veios oppugnauerunt. eos tu, quantum in te fuit, nouo ſcelere viciſti, ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, ſicut Veios vincam. Denudatũ deinde eum manibus poſt tergũ illigatis reducendum Falerios pueris tradidit, virgaſq́; eis, quibus proditorem agerent in vrbem verberã-
C tes, dedit. Ad quod ſpectaculum concurſu populi primum facto, deinde a magiſtratibus de re noua vocato Senatu, tanta mutatio animi eſt iniecta, vt qui modo efferati odio, iraq́; Veientium exitium penè, quàm Capenatium pacem mallent, apud eos pacem vniuerſa poſceret ciuitas. Fides Romana, Iuſtitia Imperatoris in foro, & curia celebrant̃, conſenſuq́; omnium

D *legati ad Camillum in caſtra, atque inde permiſſu Camilli Romam ad Senatum, qui dederent Falerios, proficiſcuntur. Introducti ad Senatum ita locuti traduntur: Patres conſcripti victoria, cui nec Deus, nec homo quiſquam inuideat, victi à vobis, & Imperatore veſtro, dedimus nos vobis, rati, quo nihil victori pulchrius eſt, melius nos ſub imperio veſtro, quàm legibus noſtris victuros: euentu huius belli duo*
E *ſalutaria exēpla prodita humano generi ſunt, vos fidem in bello, quam præſentem victoriam maluiſtis, nos fide prouocati victoriam vltro detulimus, ſub ditione veſtra ſumus: Mittite qui arma, qui obſides, qui vrbē patētibus portis accipiant, nec fidei vos noſtræ, nec nos imperij veſtri pænitebit. Camillo & ab hoſtibus, & à ciuibus gratiæ actæ. Faliſcis in ſtipendiū militum eius anni, vt Pop.Rom. tributo vacaret.*
F *pecunia imperata, pace data, exercitus Romam reductus. de hac hiſtoria cum Liuio fere conueniunt Val. Maximus, L. Florus, Iulius Frontinus lib. 4. Stratagematicon, Plutarchus, & recentiores pleriq; auctores. leguntur ea de re Alphij Auiti poetæ verſiculi. Tum literator creditus Ludo Phaliſcum liberos conatus in campi patens. extraq; muros ducere*

A *Spatiando paulatim trahit Hoſtilis ad valli latus. Fuit autem is annus ab Vrbe condita CCCLX. ab exactis Regib. CXVI. ante Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri aduentũ t. rcẽteſimus nonageſimus primus, & ab eo, quo primũ Faliſci aduerſus Romanos pro Fidenatibus pugnauerunt, quadrageſimus ſecundus. Poſtquã Romanis Faliſci (ſicut eſt dictũ) ſe dediderãt, aliquoties rebellarũt, ſed ſemper aduerſis prælijs victi ſunt. Interiectis enim paucis annis interim Galli ex Cluſio ad vrbem infeſto exercitu profecti, fuſis ad Alliam fluuium Romanis ceperant, incenderantq́; vrbem, ingenti facta occiſione, deinde F. Camillus Dictátor abſens creatus inter pendendum aurum cum exercitu ſuperueniens Gallos poſt ſextum menſem vrbe expulerat, cecideratq́;, cũ Etruria prope omnis armata Sutrium vrbem ſocium Populi Ro-*

C *mani per pactionem a feſſis ciuibus traditam occupauit. Interueniens autem Camillus iterum Dictator, eodem die recepit oppidum, & trucidatis paſſim Etruſcis oppidum ante noctẽ inuiolatum Sutrinis reddidit. Romæ autẽ poſt tantam à Gallis factam ciuium cædem, in ciuitatem accepti, qui Veientum, Capenatiũq́;, ac Faliſcorum per ea bella tranſfugerãt ad Ro-*

D manos, agerq́; ijs nouis ciuibus aſſignatus. Quarto deinde anno Camillus & P. Valerius Tribuni militũ Sutrinis, & Nepeſinis Romanorum ſocijs aduerſus Etruſcos auxilio miſſi, oppida iam ab hoſtibus capta vi recuperarunt, & ſocijs reſtituerũt. Poſt annos autem circiter XXV. cũ Tarquinięſes, quę ciuitas erat Etruriæ maritimæ, gentis Tarquiniæ, Regum olim Romanorum Patria, cuius adhuc in agro Cor-
E netano extant veſtigia, fines Romanos populabundi peragrauiſſent, hinc aduerſus eos nata belli occaſione C. Fabius Ambuſtus Cõſul aduerſus eos miſſus incaute, atque inconſulte pugnauit, inſigni accepta clade. Quo in bello, quia cum Tarquinienſibus militauerat iuuẽtus Faliſcorum: anno ſequenti ad prius deſtinata bella Romanis, Faliſci quoq; hoſtes exorti duplici cauſa, quod cum Tarquinienſibus
F (vt eſt dictum) militauiſſent, & eos qui Falerios profugerãt ex Romanis, cum male pugnatum eſt, repetentibus Fœcialibus Romanis non reddiderant. Quamobrem ſecũdo deinde anno Fabium iterum Cõſulem aduerſus eos miſſum, Faliſci, Tarquinienſeſq; prima pugna fuderũt, quod ſacerdotes eorũ facibus ardẽtibus, anguibuſq; prælatis, inceſſu furiali militẽ Romanum

A manũ inſolita turbauerant ſpecie. Sed poſtea metus vanitate agnita, Romani milites in hoſtes irruentes, auerterunt illorum aciem, caſtriſq; etiam eo die potiti, præda ingenti parta, victores reuerterunt. Concitatur deinde omne nomen Etruſcum, & Tarquinienſibus, Faliſciſq; ducibus, ad Salinas perueniunt aduerſus quorũ terrorem Dictator Caius Martius Rutilius, primus de plebe dictus, multos popula-
B tores agrorum vagos, palanteſq; oppreſſit, Caſtra quoque nec opinato aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis ceteris aut cæſis, aut agro Romano fugatis triumphauit. Inſequentibus autẽ annis aduerſus Tarquinienſes acerbe ſæuitum, multis eorum in acie cæſis, & captis, & Cæritibus, qui cum illis conſpirauerãt, ob vetus Cæretis populi in Romanos meritum pax data, inducijs cum eis in centum annos fa-
C ctis. In Faliſcos eodẽ noxios auſu vis belli cõuerſa eſt, ſed quia nuſquam inuenti hoſtes, cũ populatione peragrati fines eſſent, ab oppugnatione vrbium temperatum. Duobus deinde interiectis annis T. Quintius & C. Sulpitius Coſſ. ad bellum ambo profecti, Faliſcũ Quintius, Sulpitius Tarquinenſe, nuſquam acie cõgreſſo hoſte, cum agris magis, quàm cum hominibus,

[stamp]

D *minibus, vrendo, populandoq́; geſſerunt bella. cuius lenta tabis ſenio victa vtriuſq; pertinacia populi eſt, vt primum à Conſulibus, deinde permiſſu eorum, ab Senatu inducias peterent, quas in annos quadraginta impetrauerūt. Annis deinde interiectis octo, Marco Val. Coruino III. & A. Cor. Coſſo Coss. qui fuit annus ab vrbe condita (vt puto) CCCX. cum feliciter ad Sueſſulā cum Samnitibus Romani pugnaſ-*
E *ſent, eius certaminis fortuna perterriti Faliſci, cum in inducijs eſſent, fœdus ab Senatu petierunt. Permanſerant autem in fœdere multis annis, donec L. Papirio Curſore, Sp. Caruilio Maxi. Coſſ. anno conditæ vrbis CCCCLX. (Cum interim Romani trans Cyminium in Etruria multis peractis bellis alios populos deuiciſſent, alios in amicitiam accepiſſent, cum*
F *nonnullis inducias haberent) ijs in Samnitico bello occupatis, & tandem victoria parta, per idem forte tempus rebellaſſe Etruſcos allatum eſt. legationes ſociorū querebantur vri & vaſtari agros à finitimis Etruſcis, quod deſciſcere à Populo Rom. nollent, obteſtabanturq́; P. C. vt ſe à vi atque iniuria communi hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, curæ Senatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret. Etruſco-*

rum

A rum propediem eadem fortunam quam Samnitum fore. Segnius tamen quod ad Etruriam attinebat acta res eſſet, ni Faliſcos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret arma Etruſcis iunxiſſe, huius propinquitas populi acuit curam patribus, vt Fœciales mittendos ad res repetendas cenſerent, quibus non redditis, ex auctoritate patrũ iuſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt, iuſſiq́; Coſſ. ſorti-
B ri uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret: euenit ea ſors Caruilio, qui poſt captum prius vi Troilium oppidũ, & alia quinq; caſtella locis ſita munitis expugnata, Faliſcis pacẽ petentibus annuas inducias dedit, pactus centum millia grauis æris, & ſtipendium eius anni militibus. Demum poſt annos quinquaginta ſtatim poſt primum bellum punicum, vt narrat Polybius lib. 1. illato eis bello per Q.
C Luctatium, & A. Manlium Coſſ. illoq́; intra ſex dies tranſacto, Faliſci ſe Q. Luctatio dedere coacti ſunt, cæſis Faliſcorum (vt ſuperius dictũ eſt) quindecim millibus, ceteris pace data, agriq́; dimidia parte mulcta nomine adempta. Sæuire nihilominus in illos parabat Romanus populus, vt meritas darent pœnas rebellionis. Sed poſtquam (vt refert Valerius) à Papyrio,

cuius

D *cuius manu iubente Conſule verba deditionis ſcripta erant, doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe, omnem irã placida mente depoſuit, pariterq́; & viribus odij, non ſane facile vinci aſſuetis, & victoriæ obſequio, quæ promptiſſime licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet obſtitit. In eam agri partẽ, quam diximus fuiſſe Faliſcis adẽptam, deducta eſt deinde à Romanis Colonia,*
E *quæ, vt ſunt auctores Cato apud Plinium, & Iulius Frontinus, Iunonia cognominata eſt, & Faliſca. verba Frontini ex fragmentis libri inſcripti de Colonijs hæc ſunt. Colonia Iunonia, quæ appellatur Faliſca, à tribus viris aſſignata eſt, in qua limites interciſiui ſunt directi, in locis quibuſdã riui finales, & caua quæ ex pactione aſſignata ſunt; termini autẽ ſunt Silicinei, & diſtãt à ſe in pedes ccclx. cccxx.*
F *ccccclxxx. & Dc. ceteri normales riuorum curſus ſeruant, & ſubdit. Colonia Nepeſis ea lege ſeruatur, qua & ager Faliſcorum, & reliqua. Inclinato deinde Romano Imperio poſt calamitates illas, quas vniuerſa Italia per ſuperuenientes velut vndas Barbarorum nationes perpeſſa fuit, hæc regio Faliſcorũ tota ceſſit in ditionem Eccleſiæ Romanæ, ſeu (quod*

magis

A *magis vero conſonat) longa poſſeſſione, quæ a Ludouico primo Imperatore cõfirmata eſt, anno à Chriſto nato DCCCXVII. vt probant ipſius Ludouici literæ poſitæ in decretis Gratiani. 64. diſt. 100. ego Ludouicus, quarum eſt apud me integrum exemplum vetuſtis Longobardorum literis exaratum; in quo inter Tuſciæ loca connumerantur Portus Centumcellæ, Cæra, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa,*
B *Caſtellum, Galleſium, Orta, Polymartium, Ameria, Tuder, & Peruſium, cum tribus inſulis, Quam confirmationem per eadem verba ſecit, deinde etiam Henricus II. Imperator Benedicto Põtifici eius nominis nono. Nam id, quod libro hiſtoriæ ſuæ decimo affirmat Blondus proueniſſe hoc ex Liutprandi Longobardorum Regis, Zachariæ tunc Rom. Pontifici, et diuo Petro facta largitione, aliter ſe ha-*
C *bet: is enim non totam regionem, ſed loca certa, atque ea non cõceſſit, ſed prius ablata reddidit; ideoq; Bibliothecarius, cui, vt antiquiori eſt magis credendum, in vita Zachariæ ita ſcriptum reliquit: Liutprandus Rex reddidit eidem Papæ Sabinenſe patrimonium per annos triginta occupatum: Narnienſem quoque ciuitatem, & Auximanam, & Humanatem,*

&

D *& vallem, quæ vocatur magna in territorio Sutrino, per donationis titulum ipſi, & beato Pet:o Apoſtolcrum Principi reddidit, & pacē cum Ducatu Romano, in decem annos confirmauit. Atque vt hoc quoque obiter declaremus, Ducatus Romanus tunc appellabatur ea regio, cui cum ipſa Vrbe Roma præfectus erat vnus ab Imperatore Conſtantinopolitano miſſus, & ei ex vna parte vltra Ameriam, &*

E *Narniam, Spoletinus Ducatus, ex altera cōfines erant alij Longobardi, qui Tuſciæ vſque ad Viterbium dominabantur: inter ipſos Longobardos, & Romanos bellum erat aſſiduum. Cum autem poſt Narniam, Galleſium quoque cum caſtello ideſt arce ſua fuiſſet à Spoletino duce occupatum: de eius recuperatione in vita Gregorij tertij Bibliothecarius ita ſcribit. Huius temporibus Gallienſium caſtrum recupera-*

F *tum eſt: pro quo quotidie expugnabatur Ducatus Romanus à Ducatu Spoletino, datis pecunijs non paucis Tranſemundo Duci eorū, vt ceſſarent bella, & quæſtiones, & ſic cauſa finita eſt. Quam rem fuſius explicando Blondus loco proximo citato ait. Tranſemundus Spoletanus Longobardorum Dux, Regi ſuo Liutprando, cum quo paulo ante in gratiam redierat,*

A rat, rebellauit, in quem Rex potentiſſimum duxit exercitum: & Spoletio, illiuſq; Ducatus oppidis breui receptis Ducem quoque ipſum capere eſt adnixus; ille vero cum oppidum Gallienſium Romanis, quorũ fuerat, pecunia accepta paulo ante reddidiſſet, fide publica a Stephano Patritio & Duce Romano habita in vrbem confugit; poſtulauitq; illico Rex perfugam Ducem reddi, Sed Pont. Gregorius, Ste-
B phanuſq; Dux datam Tranſemundo ſalutis fidem cenſuerunt ciuium incommodo præponendã: tunc iratus Rex poſtq̃ vrbem aliquot obſediſſet dies, ad Ducatus Romani ciuitates & oppida ſe conuertit. & Ameria, Orta, Polimartio, Bleraq; captis, Spoletium rediјt. Quam rem Baptiſta quoque Fulgoſius per eadẽ fere verba recitat, vbi de publica fide tractat lib. 6. cap. 6. Præter iam dicta Faliſcorũ
C oppida, erat illud quod Strabo Faliſcum, Stephanus, Plinius, & Solinus Faliſcã appellant, conditum (vt idem ait Solinus) ab ipſo Haleſo gentis principe, cum Faleriam (eodem auctore) Falerius Argiuus condiderit. Id oppidum vbi ſitum eſſet, ex ijs, quos adhuc legerim, nemo, qui ſciam, ſcriptum reliquit, attamen certa mihi eſt coniectura, fuiſſe in ijs agri noſtri

Gal-

D Galleſini collibus, qui appellantur vulgo Pomarij, quæ Tyberim ſpectant, vt non ab re ſeruatum ſit nomen Pomarijs, quamuis nullæ ibi ſint, neque etiam patrum memoria fuerint, præter quercus, pomiferæ arbores. Iunctis autem Strabonis, & Ouidij teſtimonijs confirmatur hoc quod dico. ait enim Strabo Faliſcum eſſe in via Flaminia inter Ocriculum, & Romam, Ouidius autem in Elegia ſuperius cita-
E ta, quemadmodum profectus ab vrbe ad vxoris ſuæ patriam, quæ in Faliſcis erat, e via digreſſus perrexiſſet Faleriam, ibiq; aliquandiu celebritatem feſti Iunonis videndi cauſa moratus eſſet, deſcribens ait. Cum mihi pomiferis coniux foret orta Faliſcis, Mœnia contigimus victa Camille tibi. Grande moræ precium ritus cognoſcere, quamuis Difficilis cliuis huc via præbet iter, & reliqua. At vero nul-
F lus alius eſt locus in via Flaminia inter Ocriculum & Romam ab ipſa Roma venienti citra Faleriam ſitus, nec cui magis appoſitum illud Pomiferis, conueniens ſit, quàm ijs collibus, quos modo dixi Pomarios appellari, nec deſunt antiquiſſima ruinarum veſtigia eo in loco ſæpius ab aratoribus effoſſa. poterat ex hoc ſitu pidum diſtare a loco vbi nunc eſt Galleſiũ

circi-

A *circiter mille & tercentum paſſus. Quo autem tempore deſierit habitari mihi eſt omnino incognitũ. Sed illud veriſimile eſt inclinato Romano imperio ſuperuenientibus barbaris, illius habitatores eo relicto vicinum hunc, & natura ſine mœnibus aduerſus eas barbarorũ inũdationes munitiſſimum, locum nactos Galleſiũ condidiſſe. Quæ vero fuerit nominis ratio non difficilis eſt coniectura, quæ ſatis ex ijs, quæ re-*
B *citaui, antiquis monumentis probari poteſt, cũ appareat nomen nõ duplici, vt nũc ſcribimus, ſed vna tantum litera L tertio loco ſcribi ſolitum eſſe vt Galeſina ciuitas, & Galeſium oppidum, referat ſcilicet Haleſi Faliſcæ gentis auctoris & ipſius Faliſcæ ciuitatis conditoris nomen. G autem litera videtur locum aſpirationis occupaſſe, aut ex vſu vulgi, quod in ſimilibus euenire ſolet, addita eſſe. Illud autẽ*
C *quod ab aliquibus aſſeritur, commiſtum eſſe nomen ex reliquijs Gallorum, qui a Furio Camillo profligati tãquam apud hoſtes Romanorũ (iuxta Virgilianũ illud, Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis Curru iungit Haleſus equos) huc ſe receperint, cum certum ſit illos huc diuertiſſe, admitti poſſet, niſi repugnarent Lucius Florus, & Eutropius, qui ſcribunt*

D omnes reliquias eorum ad lacũ Vadimonis per Dolobellam deletas eſſe, ne quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanã Vrbem gloriaretur. Galleſium ſitum eſt inter Tyberim fluuium, Ortam ciuitatem, & ipſas Faleriæ ruinas, diſtat autem à Sabina regione, intermedio Tyberi vix duobus miliaribus, à via Flaminia, quæ per agrum Galleſium ad oriẽtem prope Tyberim iacet, vbi vicinior eſt paſ-
E ſibus mille quingentis: e regione viæ Flaminiæ ad occidentem recta linea mons eſt Cyminius, & iuxta illum Surianum oppidum ad milliaria ſeptem, Septentrionem verſus diſtat Orta ciuitas, quinque millibus paſſuum, & totidem ad Meridiem ipſa Faleria. Ædificatũ eſt ipſum, quẽadmodum & alia fere omnia huius regionis oppida, ſuper topho rupibus altiſſimis vndiq; exciſo, cuius figura in oblongũ tendens
F orbem perſimilis eſt oblongo pyri pomo, ita vt pars ima, quæ latior eſt, orientem reſpiciat. Aer eſt loci ſaluber, bonaq; temperies cœli, iucũda agri forma, cœlũ hyeme, nõ vltra modũ graue, iucunda etiã æſtatis clemẽtia, frequentius aer ſpiritu vitalis auras, quàm vẽtos habet. hic indigenæ ſenes diu quamplurimi viuunt. plures vidimus, qui centum annos ætate

proue-

A prouecti tranſgrederentur, inter quos fuit Angelus Maſſa auus meus, vir qui ea ætate ſinceris adhuc ſenſibus & tenaci memoria res tā publice quam priuatim geſtas ab initio Pontificatus Martini quinti, quem ex Conſtantiēſi Concilio ad vrbem venientem viderat, recte, & memoriter enarrabat. Montes & Sabini, & Ciminij procul abſunt. Ager totus eſt fere planus, vt tota regio, præterquam quòd illis ri-
B *uorum perennium eſt interſectus alueis profundiſſimis, ita vt pleriſq; in locis alludant Virgilij verſus: Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminiq; minantur in cœlū ſcopuli. & qua ſpectat ad ventum Aquilonem, & Ocriculum, non lōge ab oppido ſunt ij, quos appellant monticulos, & paulo vlterius ij (quos dixi) Pomarij colles. Rerum prouentu, hiſq; rebus omnibus, quæ ad victum, humanum vſum ſpectant ſatis vber.*
C *vbi terra minus læta minus eſt ſementi apta, quippe quæ ſuper topho ſita non admodum alta eſſe poteſt, vbi propius oppidum ſunt oleæ feraciſſimæ, quas bonitate fructus nec Tyburtinis, nec venafranis cedere autumo. Longius ſunt querceta denſiſſima. Præterlabuntur viſu etiā iucundiſſimi riui perennes, atque ex ijs piſcibus referti complures, quorum duo hinc atq; illinc*

D *decurrentes paulo ſub ipſum oppidum in vnum confluunt. Scatent vbiq; fontes, inter quos duo ſunt animaduerſione digni, alter qui viri Faliſcæ gentis conditoris nomen retinens, adhuc dicitur Haleſanus, manans ex antiquo manu cauato cuniculo: Alter vero, quem memoriæ proditum eſt ex topho per diuum Famianum huc venientẽ viatorio baculo, cum ſitiret, percuſſo, ſcaturiſſe, emanaſſeq́;. Locus eſt porro ita*
E *natura munitus, atque aditu inſtructis aciebus difficilis, vt non ſit noſtra neque ætatum memoria auditum in oppidum hoc hoſtes irrupiſſe, quinimo nec tẽtaſſe, Nicolai Fortebrachij conatu excepto, qua de re literæ ſunt in regeſtis breuium Eugenij datæ xiiij. Auguſti M c c c c-xxxiiij. quibus Pontifex ille gratias agit Sutrinis, & Galleſinis, quoniam ex literis Micheletti Attenduli ſui exercitus Ducis intelle-*
F *xerat eos Fortebrachio ſuo rebelli præ ceteris vicinis reſtitiſſe, illumq́; virili animo reieciſſe. Nam Ladiſlaus Rex, qui regionem hanc totã in ditionem ſuã redegit, ac Baucham & Caſtellum agri noſtri oppidula inter alia diruit, Galleſium non modo non laceſſiuit, ſed etiam benigne in tutelam ſuſcepit; habentur in ſcrinijs publicis eius literæ ſuper hac re datæ in ca-*

ſtris

Aſtris prope Narniam die x. Iulij Mccccxiiij. Cũ vero Brittones, qui a Romano populo apud Marinum Latij oppidum Vrbano VI. ſedente fuſi, à ſuis, qui in arce Suriani præſidio remã-ſerant recepti, ibi vſq; ad Martini quinti Põtificatum viuentes, ſæpius erumpentes regionẽ omnem vexauerunt, vaſtaueruntq;, adeo vt ex vicinis complura, interq; illa Balneolum, Allianum, Peſchium, & Turricula noſtri agri

B *Caſtella, deſerta penitus ab incolis ac deſtituta remanſerint, Galleſium tamen non ſolum non vexatum, verum etiam confluentibus deſertorum locorum profugis adauctum fuit. Noſtra quoque memoria, quod in primis cognitu dignum eſt, dum decimo ſexto ab hinc anno, qui fuit humanæ redemptionis MDXXVII. capta, direptaq; vrbe primùm Roma, deinde Narnia, Colluuies illa perditorum latronum*

C *nullo diuino humanoue iure coercita circumquaque populabunda debaccharetur, Galleſiũ Dei benignitate malorũ omnium fuit expers. Et (ſicut cecinit quidam Poeta) multos laceræ ſuſcepit ab vrbe fugatos, Queis fuit hic poſita certa timore ſalus. Sunt in agro præterea Loiani, & Caceani oppidorũ veſtigia, quæ quãdo euerſa fuerint ſcire mihi adhuc datum nõ eſt.*

D Fuiſſe olim Galleſium pro ritu Romanæ Eccleſiæ ſede ornatum Epiſcopali alias alijs argumẽtis affirmare conſueui, vt ex diui Famiani hiſtoria in antiquo maioris ædis libro (quem dicunt Horarium) deſcripta, & multis (quæ ſunt apud me) antiquis contractuum libellis, ac inſtrumentis, quæ Galleſium habent ciuitatem, & ex Epiſcopo adhuc extante, ſed tandem aliquando id certo comperi viſis primum ſubſcri-
E ptionibus Concilij Romæ Martino primo eius nominis Pontifice anno à Natali Ieſu Chriſti DCCCLXIII. habiti, cui ſubſcribit inter alios Dominicus Galleſii Epiſcopus, deinde in Vaticana bibliotheca inter Alexandri IIII. regeſta inuentis literis datis Viterbij xiiij. Kal. Febr. Pontificatus eius anno primo, per quas idem Pont. Eccleſiam Galleſinã, cuius reditus ob euerſionem aliquot caſtrorum eius diœceſeos
F erant valde diminuti, eccleſiæ ciuitatis Caſtellanæ coniungit. Quemadmodum poſtea ſimili de cauſa per Eugeniũ IIII. ciuitatis Caſtellanæ, atque Ortanæ eccleſiæ copulatæ ſunt. quamobrem Galleſii titulus quodammodo intermortuus eſt. habentur Eugenij literæ in regeſtis bullatarum, datæ Romæ quarto idus Septembris Mccccxxxvij. Per quem autem ea,

quam

A quam ſic (vt dixi) amiſit, Epiſcopali dignitate Galleſium ornatum fuerit, eſt mihi adhuc penitus incognitum, atque occultum, verumtamen poſtquam ſic Epiſcopo caruit à Ioanne XXIII. & Alexandro VI. Pontificibus titulo Comitatus eſt inſignitum. extant illius literæ datæ Kal. Maij anno primo ſui Pontificatus, qui fuit Mccccx. huius vero octauo idus Septembris MDII. Pōtificatus eius anno XI.

B Ipſum oppidum de manu Tyranni ereptū Pontificiæ Sedi reſtituit Paulus Papa II. qui inſuper communitati Galleſii dono dedit Peſchij & Alliani quondam oppidorum agros, & dimidium portorij quod tranſuectionis Tyberis nomine à viatoribus exigi conſueuit, atque alia complura, quæ itidē confirmauit Xyſtus IIII. eius ſucceſſor, extāt, literę Sixti datę Kal. Feb. Mcccclxv. & Pauli quinto Kal. Septembris

C Mcccclxv. De dicta eiectione Tyranni ſcribit etiam Iacobus Cardinalis Papien. Commentariorum ſuorum lib. 5. Cum autem inteſtinis diſcordijs mirum in modum agitaremur, Iulius Papa II. Nicolaum Runeræum ſuæ ſororis filium pro Romana Eccleſia Vicarium nobis perpetuum præfecit, cuius præſidio ſedatis diſcordijs Dei benignitate ad hunc vſque diem

D *quiete ac tranquille viuimus. extant & ipſius Iulij litera data xij. Kal. Octobris MDxi. Sub ipſum oppidum iuxta fluẽtem riuũ eſt inſignis ædes in diui Famiani honorem extructa. fuit autem is Famianus vir ſanctus patria Colonien. genere nobilis, nomine Quuardus, patre Gotthiſcalcho, matre Giumera natus. puer primum bonis literis inſtructus, atque optimis moribus imbutus; deinde adoleſcens parentum*
E *& propinquorum illecebris, ac mundi delicijs repudiatis, omnem vitæ curſum ad Deũ ſummum bonum direxit, ad Vrbemq́; primum, inde Compoſtellam, Hieroſolymam, & quæcunque ſunt apud Chriſticolas celebriora ſanctitate loca peregrinatus acceſſit. profeſſus interim ad extremos vitæ annos Ciſterciẽſium religionem tunc maxime Bernardi, aliquot ante annis vita defuncti, ſanctitate florentem, & pro-*
F *tracta peregrinatione in annos ferme XLII. Demum iam corpore ingraueſcens, quieturus Romam reuerſus, Eugenio III. ſedente à diuis Petro, & Paulo in ſomnis monitus vt Galleſinam peteret ciuitatẽ, cum huc diuertiſſet, & ab Aſcaro indigena viro nobili exceptus hoſpitio, poſt dies paucos ex prædictione morbo obijſſet, innumerabilibus claruit miraculis.*

Qua-

A *Quapropter ab Adriano IIII. Pontifice anno à Natali Domini MCLIIII. mutato ob miraculorum famam nomine; latina nuncupatione Famianus dictus, in Diuorum numerum eſt relatus, & extra oppidum circa ipſius tumulum ſacra illi ædes extructa eſt, quæ poſtea Munaldi Epiſcopi largitione, comprobante id Nicolao quarto Pontifice, Deiparæ Virginis, quæ intra oppidum eſt, ædi connexa, Archi-*
B *preſbyteri, & Canonicorũ ipſius interioris ædis cura regitur, ingenti cũ munere dicti Iulij Papæ, qui ipſam Famiani ædẽ octauo menſis Auguſti (quo die feſtum in illius obitus memoriã celebratur) pie viſitantibus, delictorum veniã, necnon Archipreſbytero, & Canonicis ampliſſimam quæcumque delicta condonandi facultatem conceſſit, exemplo Pauli, qui inter alia quæ (vt dixi) noſtræ Communitati dono dedit,*
C *ad diem huic Diuo feſtũ toto triduo mercatũ ab omnibus vectigalibus immunẽ conceſſerat, quas & Iulius ipſe ad octo dies ampliauit.*
Gratiliani quoque martyris, de quo ſupra eſt facta mentio, & quem alibi nuſquam nominari ne dum coli audiui, extat apud nos (vtpote ciuis noſtri) memoria miraculis clara, & extra oppidum celebre ſacellum, & indigenis

D *viris nomen in ipſius Diui honorẽ frequens impoſitum eſt. Scio ſæpe à nonnullis quæſitum eſſe, ac quæri, cur apud hiſtoricos, præſertim antiquiores, poſt antiquas illas (de quibus ſupra dictum eſt) cum Romanis commiſſas pugnas, rara ſit nõ modo Galleſii, ſed totius huius Faliſcorum regionis, & hominum mentio. Duplicem his ego rationem afferri poſſe autumo. Regionis ſitum, exercitibus, & bellicis rebus ge-*
E *rendis male commodum, quin & (quemadmodum ex ſupradictis liquere poteſt) periculoſum, & Vrbis Romæ vicinitatem, quam non modo in his fere ſuburbijs, ſed in Mediolano conſiderat Auſonius, vbi inquit: Nec iuncta premit vicinia Romæ. etenim ex finitimis regionibus, & ex hac potiſſimum, poſteaquam in Romanorum poteſtatem venerunt, quotquot erant, vel in dies creſcebant, hiſtorijs forſan celebran-*
F *di, vel ingenio, vel manibus promptiores, vel opibus affluentiores, in Romanam ciuitatem, & militiam migrabant. Hinc apud Fab. Pictorem, & alios qui de antiquitatibus Vrbis ſcripſerunt, Vicus Tuſcus IIII. ſtadiorũ ambitus, de quo Propert.: At tu Roma meis tribuiſti mœnia Tuſcis: Vnde hodie Tuſcus nomina Vicus habet. Hinc Vicus longus, Vicus Arnienſis,*

A *niēnſis, Vicus Stellatinus, Lartenianus, Faliſcus, cognomina quæ à Tuſcis ſunt, cōmigrātibus in ciuitatem Romanam. Quod nobis inuidit in itinerario ſuo Rutilius Numatianus inquiens: Felices etiam qui proxima munera primis Sortiti latias obtinuere domus, & ſubdens: Religioſa patet peregrinæ Curia laudi, Nec putat externos quos decet eſſe ſuos, Ordinis Imperio, collegarumq; fruuntur. Et partē*
B *Genij, quem venerantur, habent. Hoc etiā ſibi volunt Virgilij, Lucani, & Silij exercituū enumerationes, & aliæ in hunc ſenſum innumeræ pene teſtimonijs ſententiæ. Sed quid opus tot antiquorum teſtimonijs? cum & noſtra, & patrum memoria, Roma etiam vrbe ab antiquo illa longiſſimo peneq; incomparabili interuallo declinata, idem tamen frequenter eueniſſe audiamus, & videamus? Accedit quod,*
C *quantum ad noſtros attinet, non ſolum ipſi ad Vrbem, ſed & Vrbs ad ipſos deuenit. Siquidē à ponte Tyberis noſtri agri, cuius adhuc apparent fundamenta adeo via Flaminia vtrinq; continenter, & perpetuo continuatis ædificijs frequens erat diuerſorijs, officinis, & illuſtriū virorum monumentis, quorum etiam plurima extant veſtigia, vt non vicus vnus, neq; plu-*

res

D res Villæ videretur eſſe, ſed ipſam Vrbem huc vſq; protendi appareret. Quapropter (vt eſt apud Blondum) Ammianus Conſtantij Cæſaris aduentum à Conſtantinopoli Romam ſcribens, dicit: Hormiſdam genere Perſam architectura peritiſſimum, in Cæſaris comitatu ductum, & omnium colloquio deſtitutum, primaria quæq; dignioraq; Vrbis ædificia diligenter inſpecta ordine ſibi oſtendere iuſſum, ab Ocri-
E culo Romam prius ingreſſum fuiſſe, quam quo in loco Vrbs inchoaret diſcernere, & intelligere poſſet: quod ſignificant etiã Claudiani verſus in ſextum Honorij conſulatum, vbi pręterita Narnia, inquit: Inde ſalutato libatis Tybride lymphis, Excipiunt arcus, operoſaq; ſemita vaſtis. Molibus, & quicquid tantæ præmittitur vrbi. Quibus conueniunt etiam verba Dionyſii lib. 4. ita dicentis: Sed ſunt om-
F nia circa vrbem habitata loca, multa ea, & magna, facillimaq; aduenientibus hoſtibus fieri obnoxia. ſiq; aliquis ad hæc ſpectans, velit Romæ magnitudinem exquirere, is & errare cogetur, nec habebit ſignum vllum certũ quo dignoſcatur, quouſque ſit hæc vrbs progreſſa, aut vnde eſſe non amplius vrbs incipiat, ita vrbi contexta eſt regio, præbetq; ſpectantibus opi-

A opinionem extenſæ in infinitum vrbis. itemq́; Ariſtidis, qui ait: Deſcendit hæc vrbs vſq; ad mare, vbi commune Emporium, communisq́; omnium quæ terra eueniunt diſpenſatio; quacunque in parte eius Vrbis conſtiterit quis, nihil prohibet quominus ſit pariter in medio, quicquid nunc Italiæ reſtat, completura eſſe mihi videtur, vnaq; futura vrbs perpetua, in Ionium mare protenſa. Conſtat autem ponte

B proxime dictum, Tyberi impoſitum eſſe ab Auguſto: quum (auctore Suetonio) quo facilius Vrbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas à triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas curauit. Super adiecerat & in oppoſita agri noſtri rupe in præſidium Pōtis Caſtellum, quod Ladiſlai Regis tempore deſtitutum fuiſſe diximus. Ex his itaque fit, vt quemadmodũ

C de noſtratibus antequã Romano imperio ſubijcerentur, ob antiquitatem & ſcriptorum inopiam, ita poſtmodum quia in Romanũ nomen tranſibant, rara admodum mentio facta ſit. Atq; hinc puto, vel ex nominibus deceptos auctores aliquot, qui Martinum ſecundum, & Romanum Pōtifices Galleſio re vera oriundos, hunc Roma, illum è Gallia oriundum tradiderunt.

D *derunt. Sicut & Paſchalem primum (Blondo teſte) Blera natum, itidem Roma ortum eſſe dicunt. cum Romanum Galleſio patria natum referat idē Blondus in Italia illuſtrata: Martinum vero ſimiliter liber alius incerti auctoris de Pontificum Vitis inſcriptus, & de vtroq; idē teſtetur antiquiſſimus Longobardis literis exaratus codex ex monaſterio S. Vincentij ſupra Vulturnum ad me delatus. quem probis*
E *viris pluribus oſtendi, & cuicunque videre libuerit ſum oſtenſurus. Quorundam tamen celebrium virorum recens eſt memoria, ex quibus præcipue referendi ſunt Nicolaus Abbas monaſterij à victoria comitatus Albenſis, quē egregium fuiſſe Theologum indicant eius commentaria, quæ in Capranicēſi bibliotheca perlegi; & Antonius Angeli facundus orator, cuius ſunt apud me orationes, & epiſtolæ aliquot*
E *luculentiſſimæ. De fratre Petro, quem ſedente Vrbano ſexto virum doctum, & præceptorē xenodochij ſancti Spiritus in Saxia fuiſſe conſtat, comperti nihil aliud habeo. Fuit etiam (licet infelici exitu) vir bello ſtrenuus Iacobus, demum ob res nouas iubēte Eugenio IIII. Romæ capite mulctatus. Georgius itē Saccardinus apud Venetos militum præfectus clariſ-*

ſimus,

A ſimus, qui ob ingentia merita non ſolum ciui-
tate, ſed patritia etiã dignitate donatus fuit.
Hinc Sabellicus, qui ſolus ex recẽtioribus ſcri-
ptoribus Faliſcorum ſitum, vt pote illis vicinus
recte intellexit, in cadę Sontiaca de Georgio
ipſo loquens ait: Nec non Galleſia tellus quem
genuit, tellus campis vicina Faliſcis, Conſilij
hunc olim magni fecere Tyranni Participem,
& reliqua. de quo meminit etiam idem Sa-
B bell. lib.6. de antiquitate Aquileię. Alij plu-
Balatum exercent: læti conuiuia curant, g.1
a.2.Intenduntq. locũ ſertis, luſtrantq. choreis a.10
g.1.Paſtores; primum dulces ante omnia Muſę g.2
a.7.Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ,
a.6.Floribus inſidunt uarijs, & carmina dicũt: a.6
g.2.Auia tum reſonant auibus virgulta canoris;
g.11.Dãt ſonitũ rauci per ſtagna loquacia Cygni:
g.9.Hic uer purpureum, uarios hic flumina circũ
Fũdit hum' flores, texũt umbracula uites: e.9
g.2.Nec liquidi gregib. fontes, nec gramina deſunt:
a.7.Huius apes ſummum denſæ, mirabile dictu,
a.7.Obſidere apicem, cęloq. examina ludunt, g.4
g.4.Educunt fętus, & mella tenacia figunt: g.4
g.7 Hinc Italæ gentes, omniſq. œnotria tellus
In dubijs reſponſa petunt; curaſq. reſoluit: g.1

Hic

æ.7.Hic & tũ PAter ipſe petens reſpõſa LAtinus
g.3.Ipſe dies agitat feſtos, ouiumq. magiſtros eg.2
æ.10.Edocet humanis quæ ſit fiducia rebus :
æ.7.Per populos dat iura, uiamq. affectat olympo
g.2.Ergo non hyems illam non flabra, nec imbres
Conuellant; ſolidoq. ſuo ſtent RObore uires: æ.7
æ.6. O quã te memorẽ; mecũ mõ uita ſuperſit; g.3
e.10.Fatidica Mãtus quæ sũt mihi cõdita uerſu e.10
Carmina PAſtoris modulãs alterna notaui; e.5
æ.3.Pauca tibi è multis; prohibẽt nã cętera Parca
æ 4.Nunc; olim quocunq dabunt ſe tempore uires
æ.2.Dicã eqdẽ: maior rerũ mihi naſcitũ ordo : æ.6
eg.2.Sed tamẽ iſta ſatis: mẽbris agit atra uenena
æ.8.Huic capiti inſultãs fluidus liquor; oĩaq. in ſe
æ.9.Prona trahit, ſubitoq. oĩs de corpore fugit æ.11
e.10.Effera uis animi: talemq. auertite peſtem. æ.3
æ.8.At uos ò Superi, & Diuum tu maxime Rector
æ.6.Eripe me his inuicte malis; uia prima ſalutis,
æ.1.Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco.
e.10.Quo feror? unde abij? fugit irreparabile tẽps.g 3
æ.5. Mens agitat mihi, nec placida cõtẽta qete eſt,
æ.7.Thyrrenũ ad Thybrim, & fontis tua dñe facta
eg.8.Propter aqua riuũ, redimitus tp̄a Quercu g 1
æ.2.Hic ubi uiſa citò decurrit tramite VIrgo. æ.5
g.3.Purior electro; ſtrepit oĩs murmure CAmp. æ.6
e.9.MArtius, illa cadẽs raucũ p̄ leuia murmur g.1

Sa-

Saxa ciet, ſcatebriſq. arentia temperat arua
eg.7.Hic arguta ſacra pendebit fiſtula Quercu æ.8
æ.12.Interea maneat noſtros ea cura Nepotes. æ.3
g.9.Qñ aliter nequeo, hęc olim meminiſſe iuuabit,
g.1.Deniq.:nãq.ſup tibi erũt q̃ dicere laudes. eg.6
æ.5.Intendant iuuat ire iugis quà nulla priorũ g.3
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo:
g.2.Ipſe inter primos, magnã Mauortis ad vrbẽ g.6
g.2.Sufficiet, ſacra redimitus tempora lauro, æ.3
æ.1.Tũ genus oẽ tuum fama tot ferre per annos g.3
g.9.Nota quot Ionij ueniunt ad littora fluctus. g.2
æ.5.Salue Magna Iouis antiquo Robore Querc⁹ g.3
g.2.Ipſa ingens arbos factura Nepotib.umbrã: g.2
æ.1.Sis fęlix; tibi res antiquæ laudis, & artis, g.2
g.4.Mores & ſtudia, & ſeries longiſſima rerum, æ.1
g.6.Te quoq. magna manẽt: ſuperũ iã ſignat honore
Et pater ipſe ſuo, rerum cui sũma poteſtas. g.10
æ.3. O felix una ante alias uoluentib. annis æ.1
g.1.Scilicet & tẽp⁹ ueniet; cũ hæc terra uidebit g.12
g.4.Seruantẽ ripas, uicinaq. Tybridis arua, æ.3
æ.3.Sceptra Palatini, et sũma dominarier arce. g.7
g.12.Audiat hæc genitor, ſup et Garamãtas et Indos
Proferet Imperium; cœli de parte ſerena æ.9
æ.10.Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum
æ.2.Intonuit læuũ. Ruere omnia uiſa repentè. æ.8
eg.8.Tunc oues ultrò fugiet lupus; aurea duræ eg.8

Malæ

Mala ferant Quercus; oĩs ferat oĩa tellus, eg.4
eg.8. Cum canib. timidi uenient ad pocula damæ:
eg.2. Montib. & ſiluis, aries iam ſuaue Rubẽti eg.4
Murice iam croceo mutabit uellera luto:
eg.4. Incultiſq. rubens pendebit ſentibus uua:
eg.5. Hæc tibi sẽper erũt; flaueſcet cãpus ariſta eg.4
a.7. Sponte ſua; Aſſiriũ vulgò naſceĩ amomũ, eg.4
eg.4. Et duræ Quercus ſudabunt roſcida mella.
eg 4. Nõ raſtros patieĩ humus; celebrate fauẽtes ę.8
eg.4. Talia ſecla: quib. cælo te laudib. æquem? a 11
a.11. O decus Italiæ meritò pars maxima noſtræ g.2
a.4. Adſis ò placiduſq. Iuues, hãc aſpice gentẽ a.6
g.2. Antiquasq. domos cui nunc cognomẽ Iulo a.1
a.11. Et malæ texere Lupi Caput oris hiatu,
a.3. Et genus & manſurã Vrbẽ, tuaq inclita fama
g.2. Siſtat, & ingenti ramorum protegat umbra.
eg.9. Sic tua cyrneas fugiant examina Taxos
ę.10 Numina nulla pmãt, rapidive potẽtia ſolis g.1
Acrior aut Boreæ penetrabile frigus adurat;
eg.10. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera glãdes
eg.7. Iuppiter, at lęto deſcendat plurimus imbri,
a.6. Spargẽs rore leui: fluuios dũ piſcis amabit; eg.5
eg.5. Dũ Thymo paſcẽtur apes: dũ frõde capellę. e.x
a.4. Dũ memor ipſe mei: dũ ſpiritus hos reget artus
a.8. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.

AD SCIPIONEM GONZAGAM S. R. E. Card. ampliſs.

Iulij Roſcij Hortini.

IVlius ingreſſus Pindi ꝑ amæna uireta
More patrũ, patrias colligit inde roſas:
Et quas per uarios Maro texuit ante corollas
Inſerit in uarios florida dicta modos.
Tu GONZAGA tuis, quas Patria mittit ab hortis
In ſertum lectas ſume Maronis opes:
Et tibi frons quamuis Romano fulgeat oſtro
Non minor è patria eſt qui tibi uenit honos.

Ad Illuſtriſs. SCIPIONEM GONZAGAM Cardinalem ampliſs.

Iulij Capilupi. Cento IV.

eg 1 *EXTREMVM hunc Arethuſa mihi concede laborem,*
e.10. *Fatidice Mantus Tyberini ad fluminis vndam* e.10
eg.x. *Carmina sũt dicẽda: neget q̃s dr̃e laudes* eg.6

SCI-

a.6.SCIpiadas? vocat ingẽti clamore Citherõ; g.3
a.6.Delius inſpirat uates, aperitq. futura:
a.9.Vos ô Calliope precor aſpirate canenti
a.3.Quæ mihi p̃dixit uelatus arundine glauca a.10
g.10.Mincius in ripa gelidiq. ſub ætheris axe; a.8
g.3.Purior electro cęlo gratiſſimus amnis, a.8
g.10.Populeas inter frondes, lucoſq. ſonantes, eg.10
a.2.Cum primũ viridãte toro cõſederat herba. a.5
eg.6.Ille canit, pulſa referunt ad ſydera ualles.
a.3. Audite o proceres, ait, & ſpes diſcite ueſtras,
a.5.Accipite ergo animis, atq. hæc mea figite dicta,
ep.7.Non iniuſſa cano, pertentãt gaudia pectus: a.1
a.5.Ore fauete oẽs, lętasq. aduertite mentes, a.5
eg.4.Iã noua progenies. magnũ vẽtura ſub axẽ a.6
g.10.Quod uotis optaſtis adeſt; nec Romula quõdam
Vllo ſe tantùm tellus iactabit alumno:
a.8.Vatis Fatidicæ venit iam carminis ætas, eg.10
a.9.Nec lõgũ in medio tẽpus; Iuſtiſſimus unus g.7
a.11.Per gẽtes erit, haud ulli uirtute ſecũdus : a.11
a.7.Namq. fore illuſtrem fama, factiſq. canebat
a.1.Inſignem pietate uirum, uoluentibus annis; g.1
g.12.Cui genus a proauis ingens: inſigne paternũ a.7
a.6.Quatuor hic primũ nigrantes terga volucres,
a.3.Signa tibi d cã, pedib. Iouis armiger uncis a.9
a.5.Alta petens genti nomẽ dedit, armaq. finxit; g.1
g.4.Quòd iam non dubijs poteris cognoſcere ſignis.

Pau-

a.3. Pauca tibi è multis, tu condita mẽte teneto, g. 3
g 4. Expediam, ſi prima domus repetatur origo a.7
a.1. Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
a.6. Hic rẽ Romanã tyrio cõſpectus in OStro g.3
a.0. Luſtrabit ſtudio recolens, opibuſq. iuuabit; a.1
a.1. Cõſilia ĩ melius referet: Mauortis ad Vrbẽ g.6
a.1. Iura dabit, legeſq. viris, rituſq. ſacrorum: a.12
a.1. Ille reget dictis animos; nec parua ſequetur g.11
Gloria, lecta diu & multo ſpectata labore g.1
a.12. Succedet fama quà Sol utrumq. recurrẽs a.7
Aſpicit Oceanum, viuuſq. per ora feretur; a.12
g.10. Hoc virtutis opus. Referã tibi Mãtua palmas,
a.10. Mãtua diues auis, totũ vulgata per orbem. a.8
g.8. Quare agite ò Iuuenes, tãtarũ ĩ munere laudũ
eg.5. Spargite humũ folijs, inducite fontib. umbras:
eg.7. Nympha noſter amor præſtãti corpe Nympha
a.8. Cigite frõde comas, iuuat ĩdulgere choreis, g.9
a.7. Donaq. ferre viro, ſolemnes ducere pompas: g.3
g 11. Nos verò hac patriã grati referemus ad urbẽ.
g.2. O decus ò fama meritò pars maxima noſtra,
a.8. Flos ueterũ, uirtuſq. uirũ, mea maxima cura,
a.8. Adſis ò tandem, per ſpem urgentis Iuli a.6
a.2. Hãc primũ tutare domũ, gen' acre LVporũ, g.3
a.4. Adſis ò placiduſq. iuues, & ſydera cælo
Dextra feras, meriti tãti nõ immemor unq̃: g.9
eg.4. Aggredere ò magnos aderit iã tẽpus honores

Cara

Cara Dei ſoboles, magnũ decus addite diuis; æ.8
æ.1.OLLI ſe quantis attollet gloria rebus. æ.4
ę.9.At tu Magne PAter cæli, cui ſydera parẽt, æ.10
æ.3.Inferniq. lacus, atq. altæ mœnia Romæ, æ.1
eg.1.Sis bonus ò, FOElixq. tuis, de MOntib. ALtis
æ.6.Miſſus in Imperiũ magnũ, ſedeſq. beatas, æ.6
eg.2.Huc adſis; noſtrũq. leues quemcũq. laborẽ: æ.1
eg.4.Tuq. adeò dec⁹ hoc æui; quas dicere grates? ę.11
Quaſue referre parẽ? ẽ inſignis gloria facti; ę.12
æ.2.Vndiq uiſendi ſtudio Romana propago æ 6
Circumfuſa ruit; uoces ad ſydera iactant eg.5
Intonſi montes; omnes uno ore Latini æ.12
æ.8.Lætitia, ludisq. viæ, plauſuq fremebant.
æ.1.Nõ opis eſt noſtræ grates perſoluere dignas, æ.1
æ.12.Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores:
æ.8.Quid memorẽ portas, ſtrepitũq. & ſtrata uiarũ
æ.2.Inſpectura domos? ſolido de marmore tẽpla æ.7
g.2.Tot congeſta manu? præruptis oppida ſaxis
æ.8.Artis opiſq. tuæ? ſcenis decora alta futuris; æ.1
g.2.Fluminaq. antiquos ſubter labentia muros?
eg.1.Et fontes ſacros diuini gloria ruris? eg 8
æ.6.Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſq. morari,
g.2.Quinetiam ſaliente ſitim reſtinguere riuo: eg.5
g.2 Adde tot egregias urbes, operumq. laborem,
æ.3.Quas ueſtræ fecere manus: recludere fontes g.3
æ.7.Cura tibi; inſano iuuat indulgere labori. æ.6

g.2.Quid maiora ſequar?liceat tua dicere ſcã, e.8
ę.12. Saxũ antiquũ ingẽs,æquataq.machina cælo
ę.8:ſtabat acuta ſilex,penetrali ĩ ſede ſub auras ę.4
Erecta ingentes,cineres atq.oſſa perempti æ.5
g.3.Cæſaris & nomẽ,multos ſeruata per annos, æ.7
æ.6.Per loca ſenta ſitu nunquã cõceſſa moueri, æ.3
æ.1.Tãtæ molis erat,sũmo cũ monte uidemus æ.3
æ.8.(Horrendũ dictu)uaſta ſe mole mouentem; æ.3
æ.2.Accingunt omnes operi,pedibuſq. rotarum
Subijciunt lapſus, tacitam ſe pondere prodit:
æ.8.Obſtupuere aĩ;mediaq.in Valle theatri æ.5
æ.2.Inſedit, dorſo inſurgens altiſſima viſu: æ.8
æ.6. Ergo altè ueſtiga oculis uenerabile LIGnũ
ę.12.Vertice ſe attollẽs,corp' miſerabile NATI eg.5
g.3.Hic quondã multo uitã cũ ſanguine fudit, æ.2
æ.6.Heu pietas heu priſca fides;Chriſtiq.decorã ę.9
æ.4.Cæſariem ſparſi rorabãt ſanguine uepres. æ.8
æ.5.Proh ſcelus,ingẽti cõcuſſa eſt põdere tellus, æ.9
g.1.Impiaq.æternam timuerunt ſæcula noctem:
æ.1.Nate Patris ſummi nimiũ crudele luiſti æ.11
Suppliciũ(ea viſa ſalus morientibus una) g.3
æ.6.Cauſa mali tanti ſceleris ueſtigia noſtri, eg.10
æ.4.Submiſſi petimus terram; ſperare ſalutem æ.1
ę.11.Da Pater hoc nobis,pacẽ te poſcimus oẽs, æ.11
ę.10.Et duplices cũ voce manus tollem' ad aſtra, eg.5
æ.3.Sola in te ſuprema ſalus; miſerere tuorum. æ.12

Spon-

æ.9.Spondeo digna tuis ingentibus omnia captis
eg.1.Fortunate Senex;facta ẽ pulcherrima Roma.
g.2. Salue magna parẽs;multos dñata p annos,ę.2
g.2.Magna uirum,tibi res antiquæ laudis et artis;
g.2.Diues opũ variarũ;oſtroq.inſignis et auro; æ.4
æ.10.Ipſa caput populis,tot iam labentib.annis, æ.2
æ.3.Hoſpitiũ antiquũ,decus & tutamẽ ĩ armis ę.5
g.4.Magnanimũ Heroũ;genus ĩſuperabile bello.ę.4
æ.5. Quod ſupereſt,oro,ſeptem ſubiecta Trioni g.3
æ.8.Genſq.virum truncis & duro robore nata,
g.2.Et pulcher Ganges,atq.auro turbidus Hermes.
æ.9.Omnis Arabs,omnes uertentes terga Sabæi.
g.1.Numina ſola colãt,tibi ſeruiat ultima Thyle.
eg.6.Carmina quæ vultis cognoſcite,carmina uobis
Huic aliud mercedis erit;celebrate fauẽtes ę.8
g.2.SCipiadas laudes, ultro occurramus ad undã
ę.7.Collis Auentini;hic etiam ſua præmia laudi ę.1
æ.3. Sol ruit interea & montes vmbrantur opaci,
æ.1.Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis :
æ.5.Hæc ubi dicta;lacu fluuius ſe condidit alto ę.8
eg.7.Mincius;& reb. nox abſtulit atra colorẽ. æ.6

Ad Illuſtriſs. D. THOMAM AVALI
Marchionis Piſcariæ F.

Iulij Roſcij Hortini.

TE gremio ĩ molli fouit placidiſſima Syrẽ
AVale ubi æterno vere renidet humus:
Sacraq. candenti poſuere ſedilia ſaxo,
Et tibi Pieriæ ſerta dedere Deæ.
Hinc blãde tu plectra moues. Hinc carminis auctor
Ad numeros gaudet concinuiſſe tuos.
Te tua Parthenope Tyberi inuidet, & tibi plaudit
Roma, nec Alcæam mallet habere Lyram.

AD ILLVSTRIS. D. THOMAM A V A L I.

Marchionis Piſcariæ F.

Iulij Capilupi Cento V.

a.11 *O Decus Italiæ, magna ſpes altera Romæ;* a.12
a.9. *Macte noua uirtute puer, ſate ſanguine Diuum;* a.6
eg.2. *Huc ades, incœptũq. una decurre laborẽ:* eg.2
Nulla

a.9.Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus.
a.3.Nã te Parnaſſi deſerta per ardua dulcis g.3
Raptat amor, Phębo gaudet Parnaſſia rupes eg.6
a.12.Ipſe ſuas artes ſua munera lætus Apollo
a.5.Donat habere, quib. cælo te laudib. æquẽ? a.11
eg.4.O mihi tam longè maneat pars ultima uitæ
Spiritus, ut liceat totum mihi ferre p̃ orbẽ eg.8
Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno.
a.9.Te uero ueneràde puer? quo carmine dicã? g.2
ę.11.Dicam equidem; maior rerũ mihi naſcit̃ ordo.
eg.10.Teq. adeo decus hoc æui, te maxima rerũ a.7
Roma colit, uiri diq. aduelat tempora lauro a.5
eg.4.Ipſa tibi: nã te maioribus ire per altum a.3
Auſpitijs manifeſta fides; in te ora Latini, ę.12
In te oculos referũt: poſſit q̃d uiuida uirtus ę.11
Experiare licet; iuuat indulgere labori, a.2
ę.12 O præſtãs animi Iuuenis, tu maxim' ille es, ę.6
Vnus, qui nobis, uirtutem extendere factis, a.6
a.9.Ante annos, animumq. gerens curamq. uirilem
a.1.Auſus, & anguſtis hũc addere reb. honorẽ. g.3
g.4.Stat domus interior regali ſplẽdida luxu, a.1
g.2.Diues opũ uariarũ, et aui numerant̃ auorũ g.4
ę.8.Quid memorẽ? ſpolia illa tuis pẽdẽtia tectis ę.2
g.4.Magnanimũ Heroũ tot iã labẽtib. annis? a.11
a.7.Quin etiã ueterum effigies decora alta parẽtũ,
g.4.Mores & ſtudia, & ſacris in poſtib. arma; a.7

a.1.Fortia facta patrũ,pugnataq.ĩ ordine bella? g.7
a.5.Iamdudũ fama totum uulgata per orbẽ? a.1
g.6.te quoq.magna manẽt,opa ad maiora remittet
a.5.Gratior & pulcro ueniens in corpore uirtus.
eg.10. Aggredere ò magnos (aderit iã tp̃s) honores
g.2.O decus,ò famæ meritò pars maxima noſtræ
eg.5.Fortunate puer:primã hãc tibi magn' Apollo
Cõceſſit laudẽ,& magna inter p̃mia ducet,g.11
a.11.Vndiq.uiſendi ſtudio Romana propago a.11
a.7.Attonitis inhians animis,tua cernere facta a.8
Aſſueſcat,primis & te miretur ab annis.
g.3.Ergo omni ſtudio,laudis ſuccenſus amore, a.7
eg.1.Nec te pœniteat repetentẽ exẽpla tuorum, a.11
g.6.Noctes atq.dies duros perferre labores: a.6
eg.9.Cantantes ſublime ferent ad Aethera Cygni
g.5.Tũ genus oẽ tuũ, genus alto à sãguine diuum;
a.7.Hinc Italæ gentes, omniſq.Oneotria tellus,
a.7.Extremiq.hoim̃ Morini tũc undiq.V Aſti a.11
a.7.Nomẽ in aſtra ferẽt;pueri inuptæq.puellæ, g.4
a.6.Matres atq.uiri,dulces ante omnia Muſæ.g,11
a.10.Factã canẽt:pulſæ referũt ad ſydera V Alles;
a.5.Vnde genus ducis:liceat tua dicere facta eg.8
g.2.Carminib.patrijs Tyberini ad fluminis Vndã;
eg.10.Siue mihi,tardis ingens ubi flexib. errat g.4
Mincius,& tenera pretexit arundine ripas
a.10.Fatidicæ Mãtus:ſiqd mea carmina poſſũt;e.9

Dum

eg.4. *Dũ memor ipſe mei, dũ ſpiritus hos reget artꝰ*
æ.1. *Sẽper honos, nomenq. tuũ laudeſq. manebunt.*

AD IVLIVM ROSCIVM HORTINVM

IVLII CAPILVPI
Cento VI.

æ.8. V*atis ſatidicæ lætum celebremus honorem* æ.5
æ.7. *Littus ad Auſonium:*
æ.4. *Aduẽtum, auxiliumq. Dei, rituſq. ſacrorum* æ.12
æ.11. *Intemerata colit:*
æ.5. *Edocet Imperium, & cari præcepta Parentis*
g.1. *Carminibus patrijs:*
g.1. *Iã pridẽ nobis illa hæc monumenta reliquit* æ.6
eg.8. *Pignora cara ſui;*
æ.1. *IVLIVS a magno demiſſum nomen Iulo,*
ę.11. *Egregiuſq. animi,*
ę.10. *Ingemuit miſerãs grauiter; ẽlapſa iacebãt* e.6
æ.6. *Per loca ſenta ſitu:*
æ.7. *Tyrrhenũ ad Tybrim ſub luminis edidit oras,*
æ.11 *Retulit in melius:*
ę.12. *Ipſe ſuas artes ſua munera lætus Apollo*
æ.5. *Donat habere viro;*

a.12.Scire poteſtates rerum, cognoſcere cauſas g.2
a.7. Semine ab æthereo:
a.12.O præſtans aĩ iuuenis, quas dicere grates, a.11
Quasve referre parem?
a.7.Nurſia & Hortinæ claſſes, populiq. Latini
a.1 Præmia digna ferant.
g.4.Qualis populea mœrens philomela ſub umbra
a.4. Cum tacet omnis ager,
g.4.Amiſſos queritur fœtus per florea rura a.1
a.10. Corde premit gemitus:
eg.5.Tale tuum carmen nobis Diuine Poeta;
a.7. Aſſiduo reſonat,
g.3.Et mentẽ ſubitaq. animũ dulcedine mouit a.11
eg.4. Tu decus omne tuis.
g.1.Scilicet & ueniet luſtris labentibus ætas. a.1
a.11. Hæc mea magna fides.
eg.4.Cũ duræ quercus ſudabũt ROSCIDA mella
g.4. Rupe ſub aerea.
g.3.Ergo omni cura ſuſceptum perfice munus, a.6
a.4. Eia age rumpe moras:
a.2.Quo res cũq. cadẽt; tãtarũ ĩ munere laudũ g.8
a.4. Dum memor ipſe mei.
eg.5.Hæc tibi sẽper erũt; sẽper celebrabere donis g.8
Semper honore meo.

AD ILLVSTR. AVDOENVM

LVDOVICVM BRITANNVM.

Epiſcopum Caſſanen. creatum.

Iulij Roſcij Hortini.

SALVE ſpes miſeræ magna Britanniæ,
Quem pulſum patrijs littoribus fides
Exceptum meliore Italiæ ſinu
Sacris auxit honoribus.
Titan auricomum quà caput exerit,
Et qua cæruleo conditur æquore
Nomen fama tuum præpete tranſuehit
Penna, & ſic reſonat tuba.
Nubes inſcitiæ cedite finibus
Commiſſis LVDOVICO. I celer horridas
Ad ſedes Erebi perfidia, & ſcelus.
Virtus & pietas vigent.
Quæ templis oritur lux noua? quæ ſacris
Maieſtas & honos? quod ſtudijs decus?
Quam fidum uiduis perfugium pijs?
Quod ſolamen egentibus?
Hæc illa ut cecinit, ſe geminum mare
Strauit compoſitis fluctibus, & choros
Nympharum Sybaris iuſſit iter tibi
Lætis ſternere floribus.

AD ILLVSTR. AVDOENVM

LVDOVICVM BRITANNVM.

Epiſcopum Caſſanen. creatum.

DE S. CONSTANTII

Epiſcopi Peruſini laudibus.

Iulij Roſcij Hortini Carmen.

IAm tādē fonteſq. uagos, colleſq. p̄fanos
Linq̄re Pieridū, cæliq. euadere ad arces
Suadet amor, grauiuſq. manu contin-
gere plectrum.
At tu CONſtanti terris decus addite noſtris
Dexter ades meritā ad Tyberim dū ponimus arā,
Et redolent flores, & fumans thuris acerra.
Eminet Auſonidum ſaxo ſubnixa rigenti
Vrbs armis, ſtudijſq. potens, atq. ubere gleba,
Quam prope Romanas acies cœdi Thraſymenus,
Et multo uidit ſpumantes ſanguine ripas.
Hic ille in tenues primum ſeſe extulit auras.
Antiquæ Albionum præclarus origine gentis
Qua tua ſe tollit titulis patria inclyta auitis
O patriæ LVDOVICE decus, columenq. relictæ:
Et vix terdenos aui compleuerat annos:

Iamq.

Iamq. animo interiore agitat diuina, nec illum
Terra iuuat. ſordent grauibus mortalia curis
Sollicita: & caſus animam ſeruare per omnes
Nititur intactam, ſoliq. aſpirat olympo.
Interea plebs tota foro diffuſa patenti,
Acclamat dignus ſacras Conſtantius aras
Qui regat, & ueſte eniteat, claraq. Tyara.
Ille recuſat onus; precibus ſed uictus amantum
Præficitur templo inuitus, morumq. magiſter
Dat iura, & ſanctis retinet ſub legibus vrbem:
Et patrios reuocat ritus, ſimulacraq. frangit
Impia, diuinoſq. aris inſtaurat honores,
Multa quoq. edocti ueteres miracula rerum
Concelebrant: cœcis nubes tenebraq. priores
Excuſſæ, cælum nunquam qui ſidera nunquam
Spectarant, pura diſtinguunt luce colores.
Et claudi motu oſtentant quæ tarda trahebant
Crura prius, firmoſq. erecto poplite greſſus.
Multa etiam maiora fide, admirandaq. ſaxis
Artifici ſunt ſculpta manu, quæ carmine docto
Venturi referant nati, ſeriq. nepotes.
Iam latè Heſperiæ velox it fama per vrbes:
Vndiq. conueniunt tingi luſtralibus undis
Qui poſcant humiles ſublimi in uertice crinem.
Audijt hæc præſes, flammatoq. excitat iras
Pectore, & incerto furiarum fluctuat æſtu.

Sta-

Stabat odorata ex cedro, ſpectandaq. templi
In medio depicta auro, quercuq. reuincta
Effigies Iouis. Ante pedes rutilare uideres
Fulmina: iuxta ales roſtro aſſurgebat adunco:
Turba iacet proſtrata ſolo, lacrymiſq profuſis
Vota facit, magnumq patrem, regemq. ſalutat.
Parte Sacerdotes alia fulgentia uittis
Tēpora præcincti adſiſtunt: ſtat uictima ad aras
Interitura, bibenſq. atrum uomit ara cruorem.
Nil mouet inuictum. Spectat Conſtantius alto
Cuncta animo: ridet mentiti ſigna Tonantis:
Ceu quercus iuxta montes, Riphæaq. ſaxa
Ingenti Boreas turbat cum murmure cælum
Hœret, & inſiſtens ictus eludit inanes.
Arbiter extemplo thermis feruentibus illum
Includit: crepitant uſtis incendia ramis
Quid memorē? Tēplū ante Iouis tormēta parant
Non audita prius: furit amplis flamma caminis:
Ignis edax ardet tædis, & robore ſecto.
Interea Chriſti pugili pia flamma pepercit,
Innocuos non auſa pedes, non lambere pectus.
Nec mora: Lictores ſæuos in vulnera faſces
Expediunt, duroſq. iteratis uiribus ictus
Ter quater ingeminant. Toto fluit unda cruoris
Corpore, & inſonti maculatur ſanguine tellus.
Aliger en liquidum niueis ſecat aera pennis:
Aethe-

Aetherei nituere ſinus, nituere micantes,
Spiraruntq. comæ ſacrum de uertice odorem.
Talia tum tacitas ſonuerunt dicta per auras.
Conſtanti iam tempus adeſt, quo ferre coronam
Te decet, optatoq. paciſci vulnere mortem.
Dixerat: ille ambas tollens ad ſidera palmas
In ſua vota vocat Superos, hæcq. ore profatur.
Sancte Pater non me fugitiuæ gaudia vitæ
Alliciunt, non mors trepida formidine terret:
Vnum opto tecum iungi felicibus auſis.
Vix hæc. In ſyluam moriturus ducitur inſons.
Antra gemunt, mœſtis reſonãt nemora alta q̃relis.
Sed quo non ſolito completur lumine cælum?
Deſcendit dictu mirum velut aureus imber
Aligerum glomerata cohors. Pars vna volatu
Excurrit facilĩ: cytharas pars altera tangit:
Adiungunt alij numeros, & carmina dicunt.
Quos inter veluti puro nitidiſſima cælo
Stella facem ducens, tranans & nubila, & ignes
Supremos, mens æternis ſeſe intulit aſtris.
Excipit exanimes artus, & rore ſacerdos
Ora lauat, lacrymasq. addens ſub marmore condit:
Tum ſalices humiles inter, uirideſq. geniſtas
Paſtorum ſpectare caſas, habitare ſalignam
Aſſueſcit cratem ſuffultum uimine culmen.
Hæc inqt mihi Sacte Pater domꝰ aurea, & hæc ſit

Regia, & hæc ſedes; ſtipula licet uſq. rigenti
H. rreat, & dura lectum tellure miniſtret.
Vos etiam mecum ſacro date thura ſepulcro:
Spargite humũ violis nemora hęc q et rura tenetis;
Vos & ne pigeat cineres inuiſere ſanctos
Auguſtam quicumq. vrbem, uicinaq. circum
Oppida tam fido incolitis defenſa patrono.
Audiet ille, ratasq. preces adſcribet Olympo.

AD ILLVSTR. VINCENTIVM Caſalium Epiſcopum Maſſanen.

De Conceptu Virginis Carmen.

Iulij Roſcij Hortini.

LAVRETVM aduectam ponto qui Virginis ędem
Cuſtodis, præſenſq. pio ueneraris honore
VINcẽti; qñ ad ſuperos tuus ille volatu
Liber agens pennis frater ſeſe intulit aſtris:
Dum feſſus ſtudijs Ioachim memorare dolores
Ordior, & largis manantia lumina riuis
Nazareos propter fines, Iordanis, & vndas
Meciũ ad. s, & lacrimis lacrimas comitare ſeniles
Nox erat & cælo errabant vaga ſidera amica.

Cum

Cum ſolus viridi recubans in gramine paſtor
Adnixus cedro ingenti mœſtiſſimus ore
Tales flammato rupit de pectore queſtus.
Alme Pater, Pr̄ alme, Deus pr̄is alme Dauidis
Quod mihi non liceat prolem ſperare petitam
Tot lacrimis, pellor patrij de limine templi;
Atq. infœcundo coniux mea uentre notatur.
Num noſtri oblitus generis, clariq. Dauidis?
Hęc ait, & fletu humectās ſua pectora, eburnam
Eduxit cytharam repetens ſuſpiria cantu.
Inſignem cytharam: manibus cœlata Dauidis
Illa fuit Mariæ hic præclara inſignia vates
Finxerat intactæ uenturi conſcius æui.
Hanc circū inriguis, placidis & labitur undis
Fons errans, quem nec pedibus fera deuia turbat,
Nec ramis coma detonſis delapſa, nec imber
Verberat, & curſu trepidans ſecat arua fugaci
Hunc propter cedrus cœlo ſe attollere certat
Cedrus, quæ fœtu, & folijs gratiſſima late
Bracchia protendit, gratumq. expirat odorem.
Hanc imbres aluere, fouet calor, explicat aura.
Proxima laurus erat ſerpentib. aucta corymbis
E cœlo nullos paſſa eſt quæ fulminis ictus.
Nec procul hinc oleam albenti frondeſcere ramo
Aſpexi, cui nec frondes, nec miſſa per auras
Brachia deficiunt, nec odori munera veris

Seu cum ſæuit hyems gelidis armata pruinis,
Seu cum ferventes exurit Syrius agros.
Ad latus umbroſis ridet circundata ſiluis
Planicies, ſummaq. uiret de rupe cupreſſus
Ingens, atq. ſua innitens in pondera palma.
At quis dum ſtupeo aſpiciens miracula rerum
Tanta, meas procul affertur concentus ad aures
Alituum, tangitq, noua dulcedine mentem?
Fauſta precor. video medium per inane velantem
Aligerum has Ioachim felices reddere voces.
Deſine Sancte ſenex ſuperos vrgere precando.
Audijt omnipotens genitor. Non irrita vota
Non fuſas rapuere preces ludibria venti.
Hæc mandata Deus cælo tibi mittit ab alto
Non dum mundus erat rudis, indigeſtaq. moles,
Aut cælum, cæliq. vias, longoſq. receſſus,
Iuſſerat, eq. ſua produxerat omnia mente:
Nõdum etiam ſator ille hominũ diſtinxerat aſtra,
Naſcenti aut varias formas induxerat orbi,
Cum Patris concepta ſinu, conceptaq. mente eſt
Diuina æthereum ſeruet, quæ numen in aluo.
Felicem, matremq. Deus ſecliſq. priorem
Quam ſtatuit, regni in partem imperijq. vocauit.
Tu quoq. magne ſenex has circũ carmina ualles
Intermiſſa canes Patrum repetita cicutis.
Dixerat. Hinc niueis cælo ſe ſuſtulit alis.

Res

Res noua, res mira, & priſcis incognita ſeclis;
Preſſa auo, ſteriliſq. Anna, & iam ſegnibus annis
Concipit. O rerum inſueta, atq. occulta poteſtas.
At nunc Diua ſinu occulta es ceu Phœbus Eoo
Cum ſurgit Cynoſura latet, cœloq. renitet;
Illa tamen rutiloſq. comis diffundit honores.
Agnoſco incluſam gremio te voce ſalutat
Natura admirata decus; tibi flumina ponunt
Murmura, & irati tenuere ſilentia venti.
Salue ſancta parens cara te matris in aluo
Supplicibus venerata animis colit Itala tellus.
Et nunc ſacra facit, lucem expectatq. ſub auras
Qua caput attollas cælo venerabile ſidus.
Ipſe etiam tunc corde pio tibi carmina dicam,
Carmina queis clara Dominam terraq. mariſq.
Voce canam: nunc & genibus procumbere ad aras
Nil moror, & Domini matrem te pronus adoro.
Interea Italiæ fines, & Iapigis oræ
Quos tangunt, & quos diſcriminat alta Pyrene,
Brachiaq. ampla maris cingunt, Rhenuſq. bicornis,
Quoſq. celer Rhodanus tenet, et gelida ora ſub Arcto:
Hi tibi ſacra parent, ſanctos tibi thuris honores
Accendant, plenaq. humiles uenerentur acerra.

VIRGINI GRATIARVM HORTINÆ SACRVM.

Decurſis in Seminario Romano Philoſophiæ ſpacijs

AD ILLVST. VINCENTIVM
Canſachium Amerinum.

Iulij Roſcij Hortini.

NVnc qm̃ poſt mille maris, terræq. labores,
Poſt varios cœli caſus tetigere carinæ
Optatũ Sophiæ portũ, ſubducere puppim
Stat mihi, dũ terrã ſocij clamore ſalu- (tãt.
Tu Virgo Hortinis coleris quæ ĩ collib. altis
Gratia cui nomen, grates has pectore ab imo
Accipe quod grata potiar ſecurus arena.
Nondum præcelſa raucus de puppe magiſter
Iuſſerat è portu claſſis retinacula ſolui,
Amplaq. laxari ſinuoſis carbaſa ventis,
Cum Scyllam, ſcopuloſq. inter, dirãq. Charybdim,
Monſtraq. non vnquam noſtro conſpecta ſub axe
Me video heu miſerum ventis horrentibus actum.
Eripui memet; ſed adhuc quoq. perfida ſenſi

Saxa

Saxa prope, & triſtes hyadas, triſteſq. Triones.
Treis medijs ſine ſole dies errauimus undis,
Et totidem pulſi ventis ſine ſidere noctes;
Nec tamen immenſum ſpatium dimenſus aperta
Littora proſpexi, lacrymis licet illa profuſis
Sæpius optaſſem iactis ad ſidera votis.
O quoties agitata mari, iactata procellis
Incidit in breuia heu viſu miſerabile, & aras
Parua ratis, ſeq. occuluit ſub gurgite vaſto.
Sæpe mari in medio cunctari, ſæpe ſub ipſis
Ripis, & primo ſubigebat ſiſtere portu
Immenſus labor. Ecce iterum per littora caſus
Emenſa antiquos, viſosq. reuoluere fluctus
Conſtituo. Terrebat enim via longa per alta
Aequoris, & cæli caſus perq. inuia regna.
Sed vos ò ſocij tonſis queis ſcindere pontum
Sors vetuit, feſſam & iuncis religare carinam
Gaudete; ipſa licet dulcis nec lumina mater
Preſſerit, & patriis celebrarit funera ritu.
Quamquàm ego funereo te per uada ſalſa ſequutus
Carmine Pichine ad numerum te adiunge diuum
Dum cupio, quos perpetuo pax candida ſeruat
Erexi tumulum niueo de marmore ad antrum
Tybridis, & lento decoraui marmora ſerto.
At quis me Superum per tot diſcrimina, per tot
Horrendos pelagi fluctus diuertere in oras

Has iuſſit, lætumq. optatæ aduertere ripæ?
Te duce uera Dei genitrix Regina volantum
Cœlicolum, ſpes fida hominũ, te te auſpice tractus
Terrarum immenſos, rapidiq. uolumina Olympi,
Luſtraui, longasq. uias, longumq. per æquor
Innaui, ſolers varios dum ſæpe recurſus
Naturę admiror, radiantes ætheris ignes
Obſeruo, & ſeptem ſubter trepidantia ſigna.
Illinc digrediens medium per inane uolatum
Subduxi, denſis laxet quid nubibus imber
Altaq. quis quatiat crepitanti grandine tecta,
Quæſiui rapidus tenues quis ſpiritus auras
Sollicitet, quid tot moueat ſub marmore bella,
Aut cur præcipiti ſonitu ſeſe æthere mittant
Fulmina: ſulphureos glomerent è nubibus ignes.
Hinc ò vos fontes ſacri, vos flumina uidi,
Teq. Tybri imprimis lento qui gurgite in ęquor
Laberis, & placidus, uiridiſq. per arua meorum
Populea excurris velatus tempora fronde.
Nec minus interea quæ ſit data cuiq. poteſtas
Indago, quid mentem homini, ſenſuſq. miniſtret:
Quis Deus ingentem molem, Titaniaq. aſtra
Dirigat, & quidquid ſolers natura creauit.
Huc ubi deuentum eſt, per tot diſcrimina tutos
Euaſiſſe iuuat, durum & tenuiſſe per undas
Mente iter inuicta, atq. uiam per inhoſpita ſaxa.

Diffi-

Difficilem ſuperaſſe, animũ dum multa retardãt,
Et vanæ ambages terrent, fraudeſq. locorum
Tu tamen ò lux clara Poli ſanctiſſima Virgo
Tres annos latè erranti tua lumina cymbę
Præfers, atq. viam ad Sophiam quæ ducit apertam
Oſtendis, fidamq. mihi das tangere portum.
Quas grates, quæ digna tuo mea carmina honore
Cantabit cythara, aut numeris reſonãtia plectra?
At nunc me maiora uocant per inane ſequẽtem
Quem Diuum celebrant hominum, rerũq. potentẽ.
Quem circum Alituũ cœtus, quem mille cohortes
Hinc atq. hinc glomerãt, circũ quẽ cymbala pulsãt
Et cytharas tangunt toto plaudente Senatu.
Pande viam ueneranda Parẽs, uolitare per aſtra
Eſt animus, cęliq. ſuper ſeptemplicis orbes.
Fauſta adſis, præſensq. animum, uireſq. miniſtra.
Da pleno puppis ſubeat tuta oſtia vento,
Et tandem imponas uictricia ſerta carinæ.

IVLII ROSCII
HORTINI
Sacrorum Carminum libellus.

AD IVLIVM ANTONIVM
SANCTORIVM S. SEVERINAE
NVNCVPATVM
S. R. E. Card. ampliſſ.

R. P. F. DAMIANI GRANAE
Veronenſis Ord. Seru. Sacræ Theol.
profeſſ. opera in lucem editus.

IVLIO ANTONIO SANCTORIO

S. R. E. Card. Sanctæ Seuerinæ nuncupato.

F. Damianus Grana S. P. D.

TIBI vero Sanctori Card. ampliſsime præcipue debebatur ut his opuſculis, quæ bonarum literarum, ac ſtudioſorũ amore in lucem edidi ultimã manum imponeres. Tu enim es familiæ noſtræ Seruorum tuorũ patronus optimus, & huius maxime Cœnobij Romani, tituli S. Mariæ in Via defenſor acerrimus. Ac quod ad me pertinet in hoc templo degentem vſque ad hanc diem productam ætatem, quæ extrema in vitã eſt, poſt Deum magna ex parte me tibi acceptam referre certo ſcias. Offero nunc Iulij Roſcij Hortini libellum ſacrorũ Carminum, munus ſane tenue ſtudijs tuis; tamen quod in manus ſumere poſsis ſi quando à grauiorum rerum intentione in Muſarum Hortulis conquieſcere placuerit. Volui hoc ipſo & auctoris, qui amplitudinis tuæ ſtudioſiſsimus eſt, & meæ erga te obſeruantiæ id extare monumentum poſteris. Putaui enim non ſatis eſſe prædicari à me beneficia erga me ſingularia, & noſtri ordinis ac prouinciarum noſtrarũ viros religioſos, niſi ceteris etiam eſſent manifeſta. Vale & ut facis cęnobium noſtrum, ac prouincias tuæ fidei creditas promouere perge. Ex Cęnobio S. Mariæ in Via.

IN INSIGNIA IVLII ANTONII SANCTORII
S. R. E. Card. Sanctæ Seuerinæ nuncupati.

Iulij Roſcij Hortini epig.

ASPICIS vt roſtro terebratus pecto-ra adunco
Vitali natos ſanguine paſcit auis?
Paſcẽdi genꝰ inſuetũ. Late unda cruoris
Effluit, & teneris ſpiritus inde redit.
Huic ſimilis tu ſpargis opes tibi parcus, egenos
Atq. opibus propriis ſæpe iuuare ſoles.
Quid ſi pro CHRISTI dandus ſit nomine ſanguis?
Verior hoc ipſo tu Pelicanius eris.

S.Ma-

S.Magdalenæ ante Crucem lamentatio.

ARbore dum pendes dura dulciſſime Ieſu,
Sanguinis & terram flumina quina rigãt.
Ante Crucem ſpargoq; comas, & brachia tendo,
Perſequor & lacrymarum imbre rigare genas.
Plenam ſublimi poſito de vertice & vrnam
Vnguentis, tumuli myſtica dona fero.
O liceat crine effuſo bis lambere plantas,
Et vitæ & morti debita iura dare.
Interea fidam moriens ne deſere amantem.
Hoc ligno, uitæ ſpes mihi certa manet.

Ad Angelum cuſtodem.

QVi vigil excubias noſtri geris Aliger, adſis
Præſidio. Pendet te duce noſtra ſalus.
Tu potes hanc aĩam ꝑ tot diſcrimina uitæ
Perq.graue incerti ducere callis iter:
Vt poſtquam ſeſe vinclis diſſoluet in auras
Tecum agat æthereos conſociata choros.

De S.Laurenti reliquijs Albæ in tẽplo S.Mariȩ de Rotunda nuncupato repertis.cIↄ Iↄxxcvi

LAurenti dum flamma tuos depaſceret artus,
Serperet & toto corpore dira lues.

De Lotione pedum Diſcipulorum.

A *Vrea cui nitidi famulantur ſydera Olympi*
Mortales adſtat cernuus ante pedes.
Oſcula prima rapit diuini proditor oris,
Primaq. ſordentes abluit vnda pedes;
Officium tamen ingratus non ſenſit Iudas
Durus conceptum proſequiturq. nefas.
Audaces agit ille pedes in damna magiſtri
Neſcius in proprium mox reditura caput.
O pietas, ò mira Dei clementia, ſummum
O ſcelus, ò gelida durior & ſilice.

De celebritate Sanctiſs. Sacramenti Romas in Agene ante lucẽ agi ſolita in Anaſtaſi D.N.

H *Ic vbi Roma cauo conſedit plena theatro*
Nocturnas tenebras lumina mille fugant.
Lumina quæ uarijs diſtincta coloribus Irim,
Quæ referant numero ſidera clara Poli.
Procedit ſacra pompa tibi rediuiue parata
Chriſte tibi lætis aſſonat æthra modis.
Mortis ubi fuerant nunc ſunt ſpectacula uitæ
Quando vita, atrox mors ſuperata iacet.

S. Nicolaus de nocte auro intra domum pauperis iniecto tres puellas nubiles ob egeſtatem de pudicitia periclitantes liberat.

P *Auperiem ob duram teneras exponere natas*
Cogitat, & triplici quærere lucra toro.

Stat

Stat genitor mærens, pia dat manus ædib. aurum,
Seruatur niueæ floſq. pudicitiæ.
Quiſquis eges confide Deo: ſomnum interet umbras,
Illius optatas dextera fundit opes.

Ad Ioan. Baptiſtam Loragum Nouocomen. Ciuem Clariſs. in die Natali S. Ioan. Baptiſtæ.

NAſcitur ille puer vatum qui arcana priorum
Pandat, qui vitæ demiſſum ſedibus altis
Auctorem digito oſtendat, ſupplexq. ſalutet.
Salue magne puer decus immortale tuorum
Lux noua ſæclorum quæ te poſt aurea ſurgent.
Iam tibi ſylua comis plaudit reſonantibus; ipſæ
Te comitem expectantq: feræ, quarũ antra ſubibis
Sponte puer, delicta docens nos plangere noſtra.
Quin te ripa uocat gelidas Iordanis ad vndas;
Quo niuea cælo ſe demittente columba
Diuinum aſpergas crinem cęleſtis Ieſu.
Sis fauſtus. Baptiſta tuus proſtratus ad aras
Multa ſuper natis, ſupra quoq. coniuge multa
Orat. Ades venerande puer, nec deſpice vota.

De S.Bernardini templo in agro Hortino.

Sed maius quod templa nitent, cœtuſq. piorum,
Et ſpolia Etruſci ſtant veneranda Patris.
Ingredere, atq. humilis ſanctas prouolutus ad oras
Pro Hortinis populis redde benigne preces.

Ad Deum Opt. Max. precatio ut felix fauſtumq. iter

Iulio Mancinello S. I. Bizantium religionis ergo nauiganti concedat.

O Qui cuncta tuo flectis uaga flumina nutu,
Solus & Imperio qui maria alta regis
Annue Sancte Pater pro religionis honore
Iulius Adriacas dum trabe currit aquas.
Et venti ponant, totumq. repente reſidat
Aequor, & auertant Eurus & vnda minas.
Ipſe tuum nomen latus extendet in oras
Qua ligat, & qua ſol mane reſoluit equos.

De S. Alexio Patritio Rom.

DElicia matris, claræ ſpes unica gentis
Vrbe fugis, patriam linquis & exul opes:
Nec ſponſæ promiſſa fides, cariq. Nepotes,
Nec tangunt cari gaudia coniugij.
Poſt varios hominum terras, peragrataq. regna
Romæ iterum ignotus nomine pauper agis.
Fortunate. Aera extinctum reſonantia norunt,
Nec noſcit ciuem Roma ſuperba ſuum.

In S.Pauli Conuerſionem.

P*Erſequeris dũ Saule crucẽ, Chriſtoq. minaris,*
Et furis in ſacrum ceu lupus ore gregem
Vectus equo rapidus Damaſci tendis ad arces,
Ecce tibi fulgens æthere Chriſtus adeſt.
Excuteris, pronuſq. cadis. mortalis an ullus
Audeat æterno bella mouere Deo?
O felix caſus. Sic tu tranſcriberis aſtris,
Sic per te diſcit Roma ſalutis iter.

In diem Feſtum ad niues.

N*On opus hic pueri uiolis, teneriſq. hyacinthis,*
Non ſparſis inter lilia cana roſis.
Roma ſinum tu pande tuum, gelidaſq. pruinas
Collige, quæ medijs æſtibus arua tegunt.
Hic templum ſtatue: niuei argumenta pudoris
Sunt lapſa è cęlo uellera cana niuis.

In Aſſumptionem B.Virginis.

H*Vc oculos conuerte tuos, ſi pectora tangunt,*
Aut amor, aut ſacri numinis exequiæ.
Mors ſuperata cadit Diuis dum fata minatur
Sunt auſis iſthæc præmia digna tuis.
I mors tange Deam, duro quando inuidia ſaxo

Non humilem tantum Laterani ad tẽpla tabellã ſ
Sed cor virgineis reddam animamq. focis.
Interea accenſis dum tædis enitet ara,
Sanctaq. Panchæo fumat odore domus
Aſpice deuoto fuſas tibi pectore voces,
Donaq. parua licet, qualiacunq. cape.

Deiparæ Virgini Lauretanæ ſacrum.

NAVTA vt præcipitem per mare deuium
Cernens ire ratem ſegnitiem excutit;
Errantem tabulam præripit impiger
Vitæ ſpem dubiam ſuæ.
Hinc ſupplex precibus ſollicitat Deum
Ille audit gemitus. Tum reducem accipit,
Defeſſumq. domus. Tum tibi gratias
Dicit maxime cœlitum.
Sic me Diua tua reſtitutus manu
Pollentem, & pauidum, tabeq. turgidum
Præſenti recreas auxilio, & meis
Votis lenior annuis.
Nunc ſoſpes tabulam pro ſtatua tibi
Votiuam refero, ſacraq. carmina
Mox lætus recinam te fidibus nouis,
Et corde, atq. humili prece.

In

In S. Mariæ de Quercu nuncupatæ in agro Narnienſi miraculis clariſs.

SVlphureis vbi præcipitat Nar candidus undis
Panditur annoſis quercus opaca comis:
Huius in effoſo concludit robore arator
Inuentam in ſulco Virginis effigiem.
Enitet è niueo cœleſtis marmore imago,
Deſertiſq. locis relligione viget.
Hanc paſtor, ciuiſq. frequens colit inde tabellæ
Pendet, & è nemore eſt iam ſacra facta domus.
Quæ ſecreta uacat Mariæ iam nomine tellus?
Ipſæ etiam ſyluæ Virginis acta canunt.

Pro Flaminia Scotta Roſcia ſorore Sacrum.

F. ALPHONSVS CIACON
F.Damiano Granæ Sacræ Theologiæ Doctori. S. P. D.

L*Audo ſtudiũ tuũ mi Damiane, quod cõfers ad ea monumẽta in hominũ lucẽ eruenda, quæ partim perierant, partim obſcura erãt, partim mutila circũferebãtur. Accedẽtẽ p̄ſertim Iulij Roſcij Hortini diligẽtia, cuius apud me iã diu ꝓbata induſtria ẽ. Tu uero optime operã tuã collocas, & pietatẽ maximã oſtẽdis, qui tuis ẽt quos potes habere ſuperioris ætatis, ac tuorũ laborib. amicorũ præfers. Noui ingeniũ tuũ multo ante natũ ad oẽm laudem, et ad ſtudia, nõ mõ humanitatis ſed ẽt S. Theologię deditũ. Noui te maiorũ tuorũ ſectatũ ueſtigia pene recentem uiuẽtẽq. R.P. Octauij Pãtagathi gloriã ęmulari. Illi' domicilio iã diu uteris. Sperãdũ idẽ de te ꝙ p̄ter ꝗ quod literis egregiã operã nauas, nõ deſinis aĩorum fructũ q̃rere quod ẽ maximũ Viri Religioſi munus. Perge in iſta uoluntate benemerẽdi mi Damiane; ſed ita ut tibi parcas ętate iã graui, ut uita diuturnitate, quã bonos omnes a Deo Opt. precari decet, maiorem utilitatem indies afferas familiæ tuæ Seruorum, cuius unicum es ornamentum ac decus.*

Vale. ex monte Pincio.